UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Ambrosius Calepi/||nus Bergomates: professor de||uotus ordinis Eremitarum sancti Au/||gustini: Dictionum latinarum e greco || pariter diriuantiu[m]: earu[n]de[m]q[ue] interpre/||tationu[m] collector ...

Calepino, Ambrogio

[Wien], 1512

VD16 VD16 C 227

H

urn:nbn:de:hbz:466:1-97871

Visual Library

virgo generarit. Hi ab exortu ad occaſum perſtare dicunt ſolē cōtuentes imobilibus oculis:feruentibꝰ harenis:toto die alternis pedibus inſiſtētes. Hi frigora niuiū ⁊ ęſtus flāmę citra dolorē perferunt. Fertur Alexandrū macedonē ad eos acceſſiſſe dixiſſeqꝫ petite quodcūqꝫ vultis. Qui reſponderunt da nobis imortalitatē quā prę ceteris optamus. Quibus ille ait. Cum ego ſim mortalis imortalitatē nemini pręſtare poſſum. Si ergo inquiunt mortalem te eſſe cognoſcis:cur non contentus patrijs ſedibus:omnibus infeſtus totū orbē ſubijcere conaris. Suidas γυμνοσ οφισΤαι παρα βαβυλωνιοισ οι φιλοσοφοι και παρᾶασ συριοισ

Gymnici ludi dicti ſunt quia in his ſe nudi atqꝫ vncti exercebāt:in athleticis ⁊ paleſtricis certaminibus. Nero edidit certamen gymnicum.

Gyne γυνη apō grecos ⁊ mlieres ⁊ vxores ſignificat

Gynecium:locus ſecretior in ędibus vbi ſole mulieres habitant: qui et grece γυνοικων a mulieribus q̄s greci γυναικασ vocant. Plau.in Muſ. Dare vult vxorem filio quantum poteſt ad eam rem facere volt nouū gynecium. Dicitur ⁊ hęc gynecōitis ni ſyllaba pro.mulierū (vt ita dicā) ſenatulus ⁊ in domo pars vt apud Victru. Probus Aemilius. Nec ſedet niſi in interiore parte ędiū q̄ gyneconitis dicit̃ απο Του οικω habito. Unde οικοσ dicit̃ domus a quo economus admiuiſtrator rei familiaris : et economica q̄ ad rem domeſticā pertinēt. Oeconomia adminiſtratio Oeconomo villico. Andronitis vero locus vbi viri frequēter in domo ſunt.

Gypſus:genus cretę quę facile conglutinatur ⁊ indureſcit quo tectoria parietibus inducūtur: ⁊ facile formantur ſigna. Unde ⁊ pro ipſo ſigno quandoqꝫ ponitur. Iuue. Et plena oīa gypſo Chryſippi inuenias. Multis in locis ex lapide coquitur alibi e terra foditur vt i cypro. Hinc formāt̃ gypſeus a um. quod ex gypſo eſt gypſatus a um qꝺ eſt gypſo infectū vel gypſo tectum.

Gypſo as:gypſo inficio ſeu tego. Tibul. Nota loquor regnū ipſe tenet quem ſepe coegit. Barbara gypſatos ferre cataſta pedes. Et gypſare ē gipſo obturare. Col. Cum deinde modice aruerunt in vaſa noua ſine pice opculata et gypſata ſicco loco reponito. Rurſus gypſare eſt medicaminibus ꝑfundere. Uñ Cice. Trebatio ſcribit medeā gypſatis manibus fuiſſe.

Gyrus latine circulus vel ambitus dici poteſt.

Gyro as:circūdo. Uñ regyro penul. ꝓdu. qꝺ eſt retro gyro. Var. Quidā quę nō ſolum a lateribus per feneſtras:ſed etiā ſubtus a ſolo vētus regyrare poſſit.

Gyrtheū:opidū quod hercules ⁊ apollo depoſitis eo loci ſimultatibus cōmuni opere condiderūt. De hoc Liuius in Mace.bello. Gyrtheum inquit omnium maritimarū rerū lacedemonijs receptaculum. Hinc Gyttheates dicti ſunt in eo habitantes.

H Non poteſt eſſe finalis ſyllaba pręter ah ⁊ vah interiectiones : ſed per apocopen dicta ſunt: cum cōpleta ſint : aha ⁊ vaha: vel quia abſcondita voce ſolēt proferri interiectiones. Iungit̃ autē vocalibus omnibus ⁊ quattuor conſonantibus. ſ. C vt Chremes. P. vt Philippus. R vt Pyrrhus. T vt Thraſor ⁊ hoc vt valentius ſonet dictio.

## H Ante A

Habeo es ui itum: in vſitatiori ſignificatione. Plau.in Aul. Virginem habeo grandem: dote caſſam atqꝫ illocabilē. Et hęc eius propria ſignificatio quod gręci dicunt εχειν Per trāſlationē ponitur habere ꝓ tenere Sal. Tale periculum reip. haud occultū habuit Pro facere. Idem. Igitur comitijs habitis cōſules declarantur. M. Tullius ⁊ C. Antonius. Pro Tolerare Idē. Neqꝫ cuiqꝫ mortaliū iniurię ſuę parue vidētur:multi eas grauius ęquo habuere. Pro poſſidere tenere occupare. Terē.in An. At mihi vnus ſcrupulus etiā reſtat qui me habet male. Sal.in Iugur. Animus incorruptus eternus rector humani generis agit atqꝫ habet cuncta: nec ipſe habetur. Virgil. Hoſtis habet muros. Pro Credere Exiſtimare. Teren.in And. Semꝑ eius dicta atqꝫ habita eſt ſoror. Pro dicere. Sal. Tareſum hiſpanię ciuitatē quā nūc tyrij mutato nomīe Gadirim habent. Pro habitare Plau.in Tri. He ſunt ędes:hic habet. Sal. Credo falſa exiſtimans ea quę de inferis memorantur diuerſo itinere malos a bonis loca tetra occulta fęda atqꝫ formidoloſa habere Pro intelligere. Quod enim tenemus corpore:habemus quoqꝫ item animo. Terē. in Heau. Habet omnē rem:pergā quo cępi hoc iter. Solet in hac ſignificatione in extremo materię elegāter poni. Cice. Hęc habui de amicicia quę dicerem. Pro accipere. Idem in Eu. Hic pro illo tibi munere honos eſt habitus ab eo. Pro Scire. Sal. Prorſus neqꝫ dicere neqꝫ facere quicqꝫ pēſi habebat. Pro Deludere decipere. Plau.in Am. Is aduenientis ſeruū ac dominū fruſtra habet. Pro tractare. Terē.in Hecyra. Nunqꝫ ſecus habui illam:ac ſi ex me nata eſſet. Pro valere ⁊ incolumē eſſe in tertia perſona qñqꝫ ſine ſuppoſito: vt bene ſeu male habet.i. bene vel male ſe res habet:hoc eſt bene ſeu male res ſe ſuſtētant: male ſe habet:hoc eſt egrotat aut bene vel male ꝓcedit res. Lactā.li.vij. Bñ habet iacta ſunt fundamēta vt ait eximiꝰ orator. Liuiꝰ li.viij. Bñ habꝫ inq̄t quirites: vicit diſciplina militaris. Res male habet me id eſt male ſollicitat afficit. Si res ita ſeſe haberēt quomodo ſe ⁊ rēpub. habuerint.i. gubernauerint ⁊ geſſerint. Male vel bene a te habitus ſum.i. acceptus ſiue tractatus ſum. Ci. Tullia noſtra valet Terentia minus belle habuit.i. minus bene valuit. Itē habet per ſe poſitum ſignificat ꝑcuſſus eſt: vt Donatꝰ inq̄t Et proprie de gladiatoribus dicitur ꝙ prius alij videant qꝫ illi ſentiant ſe percuſſos eſſe. Teren. in Andria. Certe captus eſt habet. Idem in diuerſis locis idem verbum varię accepit. Unde Orationē habuit huiuſmodi:id eſt ſic elocutꝰ eſt. Sat habeo id eſt ſufficit. Nunquid habes qꝺ contemnas:id eſt nunquid inueniſti. Quandoqꝫ habere eſt ſeruare detinere: vt eſt illud Saluſtij. In cuſtodijs haberent̃. Quandoqꝫ pręhere exhibere: vt apud eundem in Ciceronē. Ita largitionibus corruptus eſt: vt ſeſe ac fortūnas ſuas venales habeat. Quandoqꝫ Debere vt cū dicimus habeo tibi gratiam. Habere iter eſt proficiſci. Habere verba eſt loqui. Habere fidem verbis eſt credere. Teren.in Andria. Nam propemodū habeo tibi iā fidē. Et in Heauton. Seni noſtro fidei nihil habeo. Habere rationem ſalutis honoris rei familiaris: eſt habere reſpectum. Sed ſi cum ablatiuo conſtruatur mediante cum vt hab et rationem cum terra idem eſt ac ſi diceretur habet negocium ⁊ cōmertiū. Cicero in Cato. Rem habet cum terra quę nunqꝫ recuſat imperium. Idem in Tuſc. Quis eſt hominū qui modo cū muſis id eſt cum humanitate et doctrina habet aliquod cōmertium qui ſe non hunc mathematicū malit qꝫ illum tyrannū. Et ad Acticum. Cum omnibus muſis rationem habere cogito. Habere rem eſt coire. Habere rem cum aduerſario eſt litigare. Habeo conuenire. Habeo polliceri. Habeo audire. Pro conueniendum eſt mihi pollicendum audiendum. Cice.

Lentu. Tantum habeo polliceri. Idem in Catone. Neqꝫ eos ſolū conuenire habeo quos vidi: ſed etiã quos audiui ⁊ legi. Et libro de ora. Audire habeo qđ hic ſentiat. Quidam tamen non cōtemnende auctoritatis interpretantur Habeo polliceri: id eſt debeo ſiue poſſum polliceri. Habeo conuenire audire: id eſt decreui ſiue credo conuenire: audire. Aſpiratur hoc verbum vt differat ab Abeo abis cum ſuis compoſitis: in quibus a versa eſt in. i niſi in Dehabeo: ⁊ poſthabeo. Huius verbi compoſita ſunt Adhibeo Cohibeo Dehabeo Exhibeo Inhibeo Prebeo Prohibeo Perhibeo Poſthabeo et Redhibeo: de quibus locis ſuis.

Habitus qualitas ⁊ forma corporis ⁊ cuiuſcunqꝫ rei. Plautus. Qualis habitus oris? Col. libro. j. Vinee non ſic altos ⁊ lacertoſos exigunt. Nam his habit⁹ foſſuris magis aptus. Virgilius libro. j. Geor. Cultuſqꝫ habituſqꝫ locorum. Accipitur etiam pro cultu corporis ⁊ veſtimento. Unde habitus ſcenicus: habitus militaris: Habitus religioſus dicitur Plaut⁹. Quis habitus iſte tam prolixus? Plinius. Quid ad nos lugubri habitu venerat ⁊ capillatior ſolito. Et habitus eſt qui fit ex frequentatis actibus ⁊ a philoſophis diffinit̃ ꝙ ſit alicui⁹ rei ſiue in aīo ſiue ī corpe a natura ꝯcepta ſed vſu corroborata et plena ꝑfectio

Habitior apud veteres ſumitur pro pinguiori.

Habitudo ipſe coporis habitus. Cicero lib. iiij. ad heren. Nam vt corporis bonam habitudinem tumor imitatur ſepe: ita grauis oratio ſepe imperitis videtur: ea que turget ⁊ inflata eſt.

Habentia ab habeo ſicut a ſapio ſapientia: ſignificat ipſum habere ⁊ diuitem eſſe. Eninus. Verebar enim ne animos eoꝝ inflaret habentia.

Habilis: pro viribus aptus. Virgi. Namqꝫ humeris de more habilem ſuſpenderat arcū Venatrix: hui⁹ cōtrariū eſt inhabilis ineptus: debilis infirmus q̃ſi paꝝ habilis: hoc eſt male habitudis. Habilitas aptitudo

Habena penul. produ. retinaculū equi: ꝙ ea equus habeatur. i. retineatur.

Habito as: pe. cor. De quo Ser. Habitare accuſatiuo iungitur. Atqꝫ humiles habitare caſas: quia habeo domū dicimus: vnde eſt habito frequentatiuū quod eſt etiam frequēter habeo. Var. hoc modo antiquos ſecundis rebus comas habitaſſe. Cuius paſſiuum in tertia perſona protulit. Virgi. lib. iij. Effuge cuncta malis habitant̃ menia graijs. Hinc habitaculū habitatio. Cohabito Adhabito Inhabito.

Habraam nomen viri ꝓprium apud hebreos.

Habronichus nomen viri ꝓprium: ⁊ eſt grecū.

Hactenus: penul. cor. ex hac aduerbio: ⁊ tenus cōpoſitum hac fine: ſiue hucuſqꝫ quaſi vſqꝫ ad finē: ſicut quatenus. Aliqñ ſignificat Intantum ſiue adeo. Sue. in Nero. Cene quoqꝫ tepore interpellat⁹ tumultuoſioribus litteris hactenus excanduit: vt malū hijs q̃ deſciſſent minaretur. Cice. Domū ſuam cum abſolutã dedicaret hactenus comprobauit.

Hadrys grece: latine carens arboribus dicitur. Hadros vero Huber.

Hadrianus nomen propriū impatoris Romani.

Hadria maſcu. generis pro ſinu maris: ſeu pro ipſo mari hadriatico. Luc. lib. v. Sonat ionio vagus hadria ponto. Genere fe. pro oppido prope Ferrariam nūc demerſo ad. xxxv. lapidez ari dicit̃ vulgo que hadriatico mari nomen indidit. A quo fiunt hadrinus a um hadriacus a um. hadriaticus a um: ⁊ hadriēſis. Fuit hadria romanoruz colonia arduo in colle ſita. Ex qua hadrian⁹ impator originē duxit q̃ ī omni doctrine gñe ꝓſtātiſſimus fuit. Sunt tñ qui hoc nomē nō aſpirēt.

Hebudes penultima producta inſule ſunt. Solinus. A calidonie promontorio Thylem petentibus bidui nauigatio: inde excipiunt hebudes quinqꝫ numero. Et paulo poſt. Secundaz a continenti ſtationem Orcades prebēt que ab hebudibus porro ſunt ſeptē dierū noctiūqꝫ totidem curſu.

Hec plurali numero in genere neutro de feminis dicitur. Veteribus enim mos fuit: vt neutra femininis iungerentur. Terentius in Eu. Hec adornant vt lauent: cum de ancillis tardis loqueretur. Et ſi componatur cum ad: ſignificat preterea. Saluſtius. Cognoueram paruis copijs bella geſta cum opulentis regib⁹: ad hec ſciētia belli gallos ante romanos fuiſſe

Hedui populi auernis finitimi trans Ararim habitantes inter burgundos nominati.

Hedus cum diphthongo vt ab edo differat dictus quaſi fedus lingua ſabina vbi f. in aſpirationem vertitur animal ex capra genitum. Virgilius. Sic canibus catulos ſimiles: ſic matribus hedos noram. vel απο των αιδοιων id eſt a teſticulis. Theocritius ideo cum e. in principio Manil. libro. iiij. Incipient eduli tremulum producere mentum. Hinc fiunt diminutiua. Hedulus hedillus ⁊ hedicul⁹. Plautus in aſi. Hagnellum me tuum dic eſſe hedillum. Iuue. Et tyburtino veniet pinguiſſimus agro hedulus. Hedin⁹ hedina hedinum: nomen poſſeſſiuum: vt caro hedina ſic ut ab Agno agninus.

Hedilia ſunt hedorū ſtabula qua ratione etiam dicunt̃ Caprilia ouilia porcilia: equilia ⁊ his ſimilia: ꝙ ī his ea animalia contineantur.

Hedera penul. correpta ſemper virens per ſe ſtare non poteſt heret ergo arboribus: heret ⁊ muris quos ſepe rumpit: quam Theophraſtus omnium maxime viuacem ſcribit. Huius tres ſunt ſpecies: nigra: candida: ⁊ que helix vocat̃. Dicta hedera ꝙ hereat ſemper ⁊ ſequat̃ quicquid ꝓximū eſt: q̃uis per diphthongū nō ſcribatur. Virgilius. Atqꝫ hanc ſine tempora circum Inter victrices hederā tibi ſerpere lauros Quidam ab Edo deducūt ꝙ parietes edat atqꝫ conſumat vel ꝙ edita id ē alta petat ⁊ ſic ſine diphthōgo ſcribitur. Huius racemus corymbus dicitur. Hinc hederaceus a um. vt corona hederacea.

Heluole vue inſignes ſunt colore inter purpureas nigraſqꝫ medio ſepius variāte: ⁊ ob id Variane appellate ſeu varie.

Hematites penultima producta genus lapidis rubori s ſanguinei.

Hemus mons Thracie ſic dictus ab hemo boree ⁊ orithye filio. Callimachus ο μεν πεδον ηπειροιο ημεμοσ η ηλησ κορυφησ επι θρηικοσ αιμου

Hemonia redio que poſtea dicta eſt Theſſalia.

Hemorrhois latine ſanguinaria dicit̃ αιμα ſanguis ροισ fluor ſerpētis genus peſtiferū: a fluxu ſanguis. Huius eñ morſu ſanguis omnis e corpore fluit: nec ſiſtit poteſt. Luc. Impreſſit dētes hemorrhois aſpera tullo. Dicitur etiam hemorrhoia. Pli. Muſtum ſerpentibus aduerſatur: maxime hemorrhoie ⁊ ſalamandre. Hemorrhois etiam genus morbi quod intra ſedē naſcitur imaturi mori ſpecie interim ſine tuberculo ſciſſuras habet vnde ſanguis effluit interim lenis rubenſqꝫ tumor eſt: nec ſanguinem remittens: ꝓpter qđ hemorrhois ceca dicitur.

Hereo es ſi ſum. Unde heſito as. Scribitur cum h. ad differentiam huius nominis es eris: quod in ablatiuo facit ere ſine h. ⁊ hui⁹ nominis herus: quod in vocatiuo facit here ſine diphthongo. Eſt autē herere ꝓprie arcte rei incidere. Virgilius. Herent parietib⁹ ſcale. Et vox faucibus heſit. Quoniam vero qui in aliqua re dubitant: non mouentur: Ideoqꝫ herere ac ſuſpenſi eſſe vidētur. Ponitur quandoqꝫ pro du

bitare et anticipitem eſſe. Teren. in Eu. Hęreo quid faciã. Quãdoq; ſignificat figere. Unde dicimus Hęrere radices altius Terẽ. in adel. Caue nũc iã oculos a meis oculis quoq; dimoueas tuos ne mora ſit (ſi inserim) quin pugnus in mala continuo hęreat. id eſt figatur vel imprimatur. Quandoq; ſimpliciter ſedere vel ſtare vel eſſe: vt apud eundem in Hecy. In te hęret omnis culpa. Virgili⁹ libro. iiij. Multa viri virtus animo: multuſq; recurſat Gentis honos: hęrent infixi pectore vultus. Huius verbi compoſita ſunt Adhęreo adhęrens: ſto approximo. Lactã. libro. v. Quibus poſtea eiectis oĩes qui reſanati fuerint ad herent religioni cuius potẽtiam ſenſerunt Cohęreo ſimul hęreo coniungor ⁊ conuenio. Lactan. libro. ij. Ea enim quę eſt ſolis colore flagrãtior proxima eſt et cohęret orienti. Hinc cohęreſco. Boe. ſuper lib. ij. Top. Hęc talia ſunt: vt ſępius quidaʒ adiunctis ſibi cohęreſcãt. Inhęreo a quo inhęreſco: de quib⁹ alibi. Superhęreo. Uñ de diuo Anaſtaſio ſcribit̃. Demũ bullã accipientes quę vinculis ſuperhęſerat imperatori ſecum deuexerunt.

Hęreſco hęrens fio: infigor. Liui. lib. ij. Undiq; in vnũ hoſtẽ tela cõijciũt: q̄ cũ in obiecto ſcuto hęſiſſent: neq; ille minus obſtinatus ingenti pontem obtineret gradu. i. infixa fuiſſent.

Hęſito as: pe. cor. frequentatiuũ. Terẽ. in Phor. In eodem luto hęſitas verſuraʒ ſolues. Hiero. Aut pariter in luto hęſitabimus: aut pariter expediemur. Pro dubitare accipitur illud apoſtolicuʒ. Poſtulet in fide nihil hęſitans.

Hęres generis cõmunis ab hęreo: ꝙ qui hęres eſt hęret: hoc eſt proximus eſt illi cuius eſt hęres. Quidaʒ tamen hoc nomen ab hęrus deriuãt: ꝙ dominus fiat bonorum quę ad eum perueniũt. Sunt autem hęredes primi: ⁊ hęredes ſecundi. Secundus hęres dicit̃ qui hęredi inſtituto ſubſtituitur: vt inquit Boetius in cõmen. Top. puta ſi ille hęres nõ erit illi hęres eſto. Hinc bihęres qui bis factus eſt hęres. Cohęres qui ſimul hęres inſtitutus eſt. Exhęres qui extra hęreditatem eſt. i. qui hęreditate priuatus eſt. Eſt et hęres nomen deę: cui veteres poſt acceptam hereditatem rem diuinã faciebant.

Hęreditas ſucceſſio eſt in vniuerſum ius quod defunctus habebat tempore mortis vel qđ ſupereſt deducto ęre alieno. Et apud antiquos quidẽ diuidebatur in. xij. vncias: q̄ aſſis noĩe continet̃.

Hęreditarius a um qđ ad hęreditatẽ pertinet. Hiero. in Deut̃. Ut habet populum hęreditariũ. Hinc bona hęreditaria ⁊ ſucceſſio hęreditaria apud Ambro. legitur. Et morbos vocamus qui parentum vitio nobis obtingunt.

Hęredipeta pe. cor. qui blandicijs muneribus et alijs huiuſmodi artib⁹ ſubornãt morituros vt ab illis hęredes inſtituantur.

Hęrediũ paruũ prędiũ qđ nobis ex hęreditate prouenit: quod Uarro ſcribit duo iugera ꝙ a Romulo primum diuiſa viritim hęredem ſequeretur hęredium appellarunt.

Hęrediolum cũ accentu in antepe. ſignificat paruum p̄diũ qđ nobis ex hęreditate ꝓuenit. Colu. in p̄fa. Ex qua cincinatus obſeſſi conſulis: ⁊ exercitus liberator ab aratro vocat⁹ ad dictaturã venerit ac rurſus faſcibus depoſitis: quos feſtinãtius victor reddiderat q̄ ſumpſerat imperator ad eoſdem inuẽtos ⁊ q̄ttuor iugerũ auitũ hęrodiolũ redierit.

Hęreſis pe. corre. gręca dictio eſt qua apud nos optio vel electio de ſecta ſignificat̃ ab αιρω vel απο του αι ρουμαι quod ſignificat eligo: capio vel volo. Unde ſumitur ꝓ opinione tenaci et ſententia in qua perſiſtamus electa. Ci. in parado. Cato in ea eſt hęreſi quę nullũ ſequit̃ florem orationis. Hinc componunt̃ dihęreſis diuiſio. Aphęreſis ablatio. Synhęreſis ꝯiunctio. Hęreſiotes: hęreticus: hęreſiarches hęreticoꝝ princeps. Theologi hęreticũ vocãt qui ſectã aliquaʒ vel inſtituit: vel ſequitur aduerſus fundamẽta religionis.

Hęrba ab hęrendo dicta eſt: ꝙ terrę fixa hęreat: Eſt aũt ꝓprie viride pecudum pabuluʒ. Virgi. lib. j. Geor. Et ſulcis frumenti quęreret hęrbam. Apud veteres etiam hęrba ponitur pro victoria. Uñ hęrbã dare ſignificat, victũ fateri: qđ eſt antique ⁊ paſtoralis vitę indicium. Nam qui aut curſu aut viribus contendebant: cum ſuperati erant ex eo ſolo in quo certamen erat decerptam hęrbam aduerſario tradebant. Ab hęrba fit diminutiuũ hęrbula. Cice. lib. iij. de natura Ceruę pauloante partũ perpurgãt ſe quadaʒ hęrbula quę ſeſelis dicitur.

Hęrbiliſander a veteribus dictus eſt hęrba paſtus: q̄ſi grauior q̄ paſtus frumento.

Hęrboſus a um: qđ hęrbis abundat.

Hęrbaceus a um: qđ eſt ex hęrbis: vt betaceus maluaceus: ⁊ huiuſmodi.

Hęrbidus a um: idem qđ hęrboſus. Col. lib. ij. Montem ſublimẽ ⁊ aſperũ ſed nemoroſum et hęrbidũ maximę probauerunt.

Hęrbarius qui vim hęrbarũ nouit ⁊ diſcutit ⁊ medicamenta ex his componit. Pli. libro. xxj. Scelus hęrbariorũ aperiet̃ in hac mẽtione partẽ eius ſeruantiũ et q̄rũdã aliaꝝ hęrbaꝝ ſicuti plãtaginis ſubſtituẽtiũ.

Hęrbarius a um: qđ ad hęrbas pertinet: vt ars hęrbaria qua hęrbarũ natura cognoſcit̃. Pli. Hęrbariam ⁊ medicamentariã arteʒ a chirone Saturni ⁊ phyllire filio es conflare.

Hęrbo as: hęrbas producere ſignificat. Cuius cõpoſitum eſt exhęrbo: qđ eſt hęrbas extraho. Col. li. v. Et cũ germiauit: particalis ſalix ad vnã perticã ſumittitur: crebro foditur atq; exhęrbatur: nec minus q̄ vinea pampinatur.

Hęrbeſcere eſt hęrbam effici. Cicero in Cato. Et elicit herſcentem ex eo viriditatem quę nixa fibris ſtirpiuʒ ſenſim adoleſcit. Huius cõpoſita ſunt adhęrbeſco: et obhęrbeſco. Pli. Quin ⁊ ouillo fimo vti qm̃ adherbeſceret. Feſtus. Obhęrbeſcere: hęrbã increſcere.

Hagnos latine purus ⁊ caſtus: ꝙ ſit hoſtia pura ⁊ immolationi apta. Hinc deducit̃ hagnes nomen mulieris ꝓpriũ. Diminutiuũ hagnellus. Plau. in Aſina. Dic igit̃ me tuũ paſſerculũ gallinam coturnicẽ hagnellum: hellidũ dic eſſe vel vitellũ. Hagninus a um: qđ eſt hagni vt caro hagnina.

Hagius gręce latine ſanctus. Uñ hagiographa ſancta ſcriptura. Hagiographus ſancta ſcribens.

Halec tã fę. q̄ neu. generis: caret numero plurali: gen⁹ piſcis qui ſola aqua nutrit̃. Mar. Cui portat gaudẽs ancilla parapſide rubra Halecem: ſed quã protinus illa vorat. Plau. in Aul. Qui mihi holera cruda ponunt: halec aiunt. Sumitur etiã ꝓ quodã liquamine ex inteſtinis piſciuʒ. Pli. Halec imperfecta. Alecus fluuius tenuatur.

Haleſus fluuius ⁊ mons non longe ab ethna. Col. Et quę ſicanij flores legiſtis haleſi.

Halo as: aſpiro vel odorem emitto. Virgi. Inuitent croceis halantes floribus horti. Et aſpiratur vt differat ab alo is: vel potius a natura: quippe cui conueniat denſitas illa quã ſignificat. Eſt em̃ exhalatio vaporum groſſorũq;: vt ſic loquar ſpirituũ denſitudo. Cicero. terrę halituʒ haſpirationem vocat: huius cõpoſita ſunt adhalo: exhalo: de quibus ſupra in halo. Lactan. de ira dei. Num etiaʒ in aqua ignem eſſe credendũ eſt. At qui de ſole ignis ne ęſtate quidẽ accẽdi poteſt ſi cerę inhalaueris.

Hallium genus holeris ab halando dictum.

Halius genus ſcaphe.

Halicarnaſus pe.pro. vrbs carię principum regia circa initium tauri ſita maritima in minori Aſia: argiuorum colonia: in qua Mauſoleuz quondã nobiliſſimũ opus extabat ⁊ Salmacis fons. hęc prius çephira dicebaẗ. Ex halicarnaſo fuit hęrodotus hiſtoricus. Itẽ hęreaclitus poeta Dionyſius ſcriptor antiquitatũ: a qua halicarnaſeus deduciẗ ab αλοσ marinus.

Halienticon eſt cõmentatio de piſcatu qualis eſt Oppiano qui opus illud Antonino Cęſari dicauit Scripſit ⁊ Apicius: ſed halienſin appellauit.

Haloſis latine captiuitas diciẗ. Sue. in Nero. Hoc incendiũ e turre mecenatica ꝓſpectans letuſq́ꝫ flãmę pulchritudine haloſin illi decantauit.

Haliactes nomen perſicum.

Halito as: pe.cor. ſępe ſpiritũ emitto, Enni. Sublime iter quadrupedãtes flãmã halitantes.

Halitus pe.cor. nomen participiale ab halo ſicut ſpiritus a ſpiro.

Hala vide in dictione Ala.

Halacomene ⁊ halacomenae tam ſingulari q̃ꝫ plurali numero: ſiue halacomeniuz ciuitas in boetia. Unde Minerua halacomeneida cognominata eſt: ꝙ in eo loco coli ſolita ſit.

Hals pro mari. Uñ ⁊ nos ſalẽ dicimus ⁊ ſalũ: in quibus placuit maioribus .ſ. ponere magis q̃ꝫ acceptaz a gręcis aſpirationẽ retinere.

Halophanta hominũ genus nequã: qđ ob ſuenda mẽdacia miſerrima mercede cõduciẗ. Feſtus: halophanta omnia mentiens.

Halys fluuius ex tauri montis radicibus profluens ꝑ cappadociam: et a meridie ſyros ac paphlagones interfluens contra ventum aquilouem in euxinũ mare euoluitur.

Haloneſos inſula ęgei.

Haliartus nomen vrbis.

Halica nomen mulieris.

Haliçones populi.

Haliçon fluuius.

Halyetus pe. producta a quibuſdam dicitur falco ſiue accipiter: ſiue Niſus.

Hallux pollex digitus ſcandens ꝓximũ. Nam αλλδ μαι eo dictus ꝙ ſuꝑ ꝓximũ digitũ ſaliat. Nam conſtricta manu ſolus ꝓximũ digitũ ſcandit: in qua voce maiores noſtri loco .ſ. aſpirationẽ poſuerũt. Quidaz a gręco αλλω ſiue αλλομαι trahunt: qđ latine ſcandere ſeu ſalire ſignificat.

Hallucinor. Col. lib. viij. Cuſtodis officium ſublimeq́ꝫ celſiſſimam oculorum veluti ſpeculam deſiderat: vt neq́ꝫ tardiores grauidas dum cunctãtur: neq́ꝫ agiles et fętas dum procurrunt ſeparari a ceteris ſinat: ne fur aut beſtia hallucinãtem paſtorem decipiat. Aſpiratur vt inquit Gellius: quoniam aſpiratione intenditur exprobratio.

Hamadryades pe. cor. nymphę ſylarum ſiue ſyluarũ numina αμα eñ aduerbium ſignificat vna ⁊ ſimul Δρυσ quercus hoc eſt nympha quę cum arboribus naſcitur et perit.

Hamus catenam ſignificat. Uirg. Hamis auroq́ꝫ trilicem: hoc eſt hamis aureis. Unde etiã ponitur ꝓ curuo vnco ad capiendos piſces. Cui prima ꝓducitur. Corripiẗ aũt cũ inſtrumentũ ferreũ ſignificat quo diuitũ arcę nũmarię obſepiunẗ: ne res facili apertu ſurripiaẗ. Iuue. Diſpoſitis ꝑdiues hamis vigilare cohortẽ. Nã etiã dicunẗ inſtrumẽta ęrea ſiue lignea in cubiculis quibꝰ capitis tegmina ⁊ alię res melius appenſę q̃ꝫ iacẽtes ſeruantur: a verbo piſcatorio hamo tranſlato. Hoc nomen quidã a gręco deducũt. Nam gręci αμματα dicũt ligamẽta. Uñ amentũ.

Hamo as curuo: a quo hamatus curuatus: ſiue hamis ornatus. Hiero. lib. Regũ. Lorica hamata induebatur. Hinc adhamo as pe.pro. qđ eſt obligo. Cice. li. ij. acad. Qui eñ ſeruis honores adhamauerunt: vix admittuntur ad eos.

Hamiote alias hamote piſcatores ab hamis qui hamo ad piſcandum vtuntur. Plau. in ru. Saluete fures maritimi cõchite atq́ꝫ hamote famelica hominũ natio. Uarro. Cohortis coquorum atq́ꝫ hamataruz aucupumq́ꝫ.

Hamotrahones dicti ſũt ꝙ vel piſces vel cadauera traherent hamo. Nam vt eſt apud Sue. Eoꝝ q̇ ſupplicio afficiebantur cadauera iuſſu principũ vnco ſępe trahebanẗ in locũ quẽ tum gemonias dicebant.

Hamatilis ⁊ hoc hamatile penul. cor. quod ad hamuz pertinet. Plau. in rud. Piſcatum hamatilem ſaxatilemq́ꝫ aggredimur.

Hamonum apud Col. lib. iij. coloris genus tendentis in ſubruffum.

Haphe inſperſio pulueris qua inſpergebanẗ obluctantes: vbi ceromate illiti fuiſſẽt. Mar. Et flaueſcit haphe. Nam puluere perfuſa obluctãtiũ corpora quodãmodo flaueſcebãt: lepras patientibꝰ ſimilia. Haphe eñ gręce ⁊ tactũ ſignificat ⁊ notas quibus lepra corpus maculat. Iuli. pollux Aphen accipit primaz infecturã quotiẽs veſtes imbuunẗ coloribus.

Hapalon tenerũ ⁊ molle gręci aſpirant.

Hara: vide in dictione Ara.

Harena: vide in dictione Arena.

Hammon per duplex mm. a noſtris arena diciẗ. Naz gręco αμμοσ ſcribiẗ .i. arena. Uñ Iupiter hammon: hoc eſt arenarius dictus eſt. Pli. Ergo ęthiopie ſubiecta aphryca hammoniaci lachrymam ſtillat in arenis ſuis. Inde etiã nomine hammonis oraculo Nam cũ liber pater ꝑ extrema lybię cũ exercitu grãdiẽs ſiti laboraret ⁊ Ioui ſupplicaſſet: vt in hoc caſu ſe patrẽ oſtẽderet. Cui cũ ſubueniſſet. Ferẗ eñ ei extẽplo arietẽ apparuiſſe: quẽ dũ fugientẽ ſequereẗ, ꝑueniſſe illo duce ad fontẽ amęniſſimũ. Quapropter deſiderio potus exiſtimaſſe arietẽ illum fuiſſe Iouem: eiq́ꝫ tẽplũ ibi ſumptuoſiſſimũ in arena conſtruxit qđ Iouis hãmonis cognominauit in quo .ſ. ſimulachrũ arietis forma preſtabat: ⁊ deum vocauit hammonez hoc eſt Iouem arenarium. Herodotus. Amõ Iupiter lingua ęgyptia dicebatur. Unde corrupto nomĩe hãmonẽ dixerũt aphri: qui apud Naſomones lybię populos tẽplũ ei dicauere. Pauſanias aũt hãmonẽ dictũ ab Amone paſtore q̇ primꝰ ei illic tẽplũ erexit. Suidas. σμμον ονομαθεου ελληνικου αριστοφανησ ορνισινεσ μεν Δε υμιν Δελφοι φοιβοσ απολλον ταντα μαντε ια ελφοιεσ γαρπρωτον εσ ορνισ ουτιοπροσ εργα ταμπεσθε.

Haringa apud priſcos ſignificat hoſtiam: q̃ inde dicta erat ꝙ eius adherẽtia inſpicerenẗ.

Hariolus cũ accentu in antepe. qui diuina mente fatur q̃ vẽtura ſũt. Dictus hariolus: q̃ſi fariolus: ſicut hanula: quaſi fanula: hoc eſt parua fana. aſpiratione vt plerũq́ꝫ fieri ſolet pro f. lr̃a poſita.

Harmonia penul. cor. latine compoſitio: concordia: cõuenientia: cõcentus. Aug. Harmonia cõcentus eſt ex diſſimiliũ vocum moderatione ſicut ex ſummis ⁊ mediis et infimis interiectis ordinibus vt ſonis ciuitas concinit moderata cõſenſu plurimoꝝ huius nois pe. cor. eſt. Lucre. Harmoniã graii quã dicũt. Hęc alio noie dr̃ Symphonia. quo nomie etiaz Gelonis filia Themiſti vxor appellata eſt ab αρμιζω coapto.

Harpe nomen gręcũ enſis falcatus quo vſum fuiſſe ꝑſeum poete tradiderũt. Luc. Harpen alterius monſtri iam cede rubentẽ απο του αρπαζειν.

Harpago as:pe.pro. rapio. Plau. Hei miſero mihi aurũ mihi intus harpagatũ eſt.

Harpago telũ in ſummitate aduncu3: quo nauigia capiunť. Hunc ferũt Anacharſim inueniſſe: vel inſtrumentũ cũ plurib⁹ vncinis:quo vaſa et alia complura q̃ vel in flumine vel in puteis ceciderint extrahimus. Dici poteſt ⁊ harpax inter nauium vtenſilia numeratus ⁊ ab anacharſe ſchyta philoſopho:vt diciť inuẽtus A gręcis deducte dictiones. Nã apud illos αρπαζειν rapere. Triuiales a lupo ꝙ rapax ſit lupum appellãt. Eſt ⁊ harpago ferramẽti genus qđ nõnulli canẽ vocãt:quo ferramẽto circi vaſis vinariis aptãť

Harpocrates pe.cor.ſimulachrũ in ſacris Iſidis ⁊ ſerapidis erat qđ digito labiis impreſſo admonere videbať vt ſilentiũ fieret qđ ſignificat: vt Aug.inqnit: vt homines eos fuiſſe taceretur: hic dicebatur ſilentiis deus. Unde Catullianum eſt illud. Factum me eſſe puta harpocratam.

Harpalus pe.cor.nomen viri propriũ.

Harpalice pe.cor.nomen mulieris harpali trachũ regis filię q̃ patrẽ a gethis captũ liberauit.

Harpaſa pe.cor.oppidũ Aſię oppoſitũ fluuio harpaſo:vt ſcribit Pli.v.vbi cautes horrenda digito mouet:ſed nõ toto corpore.

Harpyię monſtra fuerunt qualia deſcribit Uirgilius. Triſtius haud illis mõſtrũ nec ſeuior vlla Peſtis et ira deũ ſtygiis ſeſe extulit vndis Uirginei volucrum vultus fędiſſima vẽtris Ingluuies: vncęꝗ manus ⁊ pallida ſemper Ora famę. Dictę harpyię απο του αρπαζειν hoc eſt diripiẽdo. Suidas. αρπυιαι αρπακτι και δαιμονεσ εισιν.

Haruſpex vt inquit Ser.ex hara ⁊ ſpecio componitur: Haro ẽo auis eſt cui vaticinãtes haruſpices intendebãt. Do.ab haruga deriuat q̃ eſt hoſtia ab hara in qua cõcluditur ⁊ ſeruatur. Et ſic cum aſpiratione ſcribitur. Poteſt etiam dici ab ara:hoc eſt a victimis in ara aſpiciendis. Unde quidam nõ aſpirandũ cenſent qm̃ auſpices vt inquit Aug. exta inſpiciãt ⁊ ex eis futura p̃dicat. Idẽ diciť extiſpex. Solent etiã aruſpices dici horarũ inſpectores. Nam dies ⁊ horas in agendis opib⁹ cuſtodiũt ⁊ q̃d p ſingula tpa obſeruare debeat hõ intendũt. Ab haruſpex fit haruſpicina ae.pe. pro.pro arte ipſa. Haruſpiciũ pro actu: hoc eſt pro extorũ inſpectione.

Haſpis idis.curuatura e circulꝰ ⁊ camerę rotę:licet ασπισ ſine aſpiratione diciť ſcutũ.

Haſta ꝗuis ab ſto dicať ẽm Uar. ꝙ ſtante ferri ſolet: aſpirať tñ ad differentiam primę perſonę imperatiui verbi aſto. Hęc apud veteres ſubiici ſolebat rebus quas publice venũdabant. Quidam haſtam ab hauriendo deriuati exiſtimãt. Cuiꝰ diminutiuũ eſt haſtula hinc ſubhaſto:a quo ſubhaſtatio.

Haſtati dicti ſunt qui primi in acie cum haſtis conſtitui ſolebant.

Haſtile:pe.pro.diciť qđ ad haſtilis formã factu3 eſt et de quacũꝗ re dici põt. Uñ ꝓ ſtipite cãdelabri poſuit Hiero.in Exo. Hoc erit inq̃t opus ſex calamorũ qui ducendi ſunt de haſtili. Idẽ lib. Regũ. Haſtile haſtę eius erat quaſi liciatorium texentium. Et ibi pro ſtipite haſtę poſuit.

Haſtariũ ii.veuditio auctionaria. Uñ Tertu.in apologe. In haſtario vectigales ſumus.

Haud aduerbiũ negandi:haud quaꝗ a nulla parte ſeu nullo modo. Gel. Haud quaꝗ mihi diſplicebant.

Haue verbũ defectiuũ quo ſalutare ſolemus:aſpirationem recipit vt differat a ſerto caſu huius nois auis.

Haurio is:hauſi hauſtũ. Inueniť hauriui ⁊ haurii:ſcribitur cũ h.ſolo vſu non rõne. Nam ſi naturalis eſſet aſpiratio a verbo haurio deriuata ab eo aſpirationẽ retinerent:vt ſunt auris:auritus: auſter. Non enim in his vicit vſus:vt in haurio. Idcirco autem aſpirãdũ quidam exiſtimant:vt differat prima perſona perfecti indicatiui a ntõ plurali nois auſus ⁊ ſcđa pſona pñtis indicatiui a noie auris. Ab auris nomie. Et ſignificat accipio extraho:vt Uocẽ his auribus hauſi Tractũ ab aura quę humorem omnem extrahit:atꝗ exiccat. Et haurire eſt audire. Uirg.lib.iiii. Uocẽꝗ his auribus hauſi. Item Aſpicere vt apud eundem. Hauſit cęlum:mentẽꝗ recepit. Ite3. Auide ſumere Cice. Cum inexplebili cupiditate quo fluentius voluptates vndiꝗ exhauriret:eo grauius ardẽtiuſꝗ ſitiẽtem texit. Item vulnerare:vt Latus haurit apertu3. Itẽ tenere. Uir.li.iiii. Ge. Et mediũ ſol igneus orbẽ hauſerat. Itẽ defatigare. Idem. Exultantiaꝗ haurit corda pauor pulſans. Item vacuare. Lucil. Quãdo haurire animis muſarum ⁊ fortia geſtit. Item luere. Uirg. Spero equidẽ mediis ſi quid pia numina poſſunt Supplicia hauſurũ ſcopulis. Itẽ cõſumare Liuius lib.v. Tam longi tẽporis opus incendiũ hauſit Huius cõpoſitũ eſt exhaurio.

Hauſto as:frequentatiuũ ab haurio. Feſtus. Exhauſtant efferant.

Hauſtus us:ſorbitio. Col.lib.i. Si deerit fluens vnda putealis querať in vicino aqua q̃ nõ ſit hauſtus profundi. Hauſtus a um:participiũ inueniť apud veteres hauſtũ facere:pro eo qđ eſt potare.

Haçome apud latinos ſignificat veneror et colo.

## H Ante E

Heauõtimorumenos octo ſyllabaru3 ſignificat ſeipm̃ cruciantẽ. Cõponiť eñ ex εαυτον:quę apud gręcos aſpirať ⁊ ſignificat ſeipſu3 τιμορυμενοσ cruciãs Quo nomine dicta eſt comedia Terentii. in qua inducitur Menedemus ſeipſu3 cruciãs:dum in fundo fodit arat aut aliquid facit ſine laxamento ob filium qui fugerat in militiam.

Hebdoas adis:ſeptenarius ab επτα ſeptem p.in b.cõuerſa. Hiero.ad Pauli. Hoc myſterio hebdoadis ⁊ ogdoadis futurus gentiũ predicator erat inſtruẽdus

Hebdomas adis : et hebdomada ę latine ſeptimana: ſpacium ſeptem dierũ: ⁊ numerus ſeptenarius. Non eñ ſolũ de diebus diciť ſed etiã de annis: ⁊ q̃buſcũꝗ rebus q̃ ſeptenario nũero cõprehenduntť. Gel. Tu3 ibi addit ſe quoꝗ iã duodecimã annoꝝ hebdomadã ingreſſum eſſe: ⁊ ad eũ diem ſeptuaginta librorũ hebdomadas ſcripſiſſe. Et in Geñ. Imple hebdomadã dieꝝ huius copulę. Et hanc quoꝗ dabo tibi pro opere quo ſeruiturus es mihi ſeptẽ annis aliis. Et in Leui. Numerabis quoꝗ tibi ſepte3 hebdomadas annos id eſt ſepties ſeptem: quę ſimul faciunt quadraginta nouẽ:hinc hebdomadarius.

Hebdomecontapente εβδομηκονταπεντε id eſt ſeptuagintaquinꝗ.

Hebes obtuſus piger: tardus: ⁊ acumine carens. Ci. lib.ii.acad. Alias hebetiora:alias acutiora videãtur cornua. Unde per tranſlationẽ Ingenium hebes dicitur:ſicut etiam obtuſum.

Hebe nomen vxoris herculis ⁊ Iunonis filię: quę potillatrix ⁊ miniſtra poculorũ iouialiu3 eſſe traditur ⁊ dea iuuẽtutis putabať ηβη grece pubertas noiatur. Suidas ηβη νεοτησ ακμη ση μαινη δε και ονομα θεασ ηβητηριον το ται δευτηριον και ηβη ι πρωτη εκφυσισ των τριχων.

Hebeo es:hebes ſum. Hinc exhebeo: quod protulit Amb.in ſignificatione actiua. Uigorem inquit mentis exhebuit:hoc eſt debile3 fecit. Hebeſco hebes fio Cice.lib.i.tuſ. Sic mentis acies ſeipſam intuens nõnũꝗ hebeſcit.i.obtuſa fit. Sal. Poſtꝗ diuitię honori eſſe cepere ⁊ eas gloria:imperiũ:potẽtia ſequebať hebeſcere virtus cępit.

Hebeto as: pe. corre. obtundo: ⁊ obſcuro. Pli. lib. xj. Māq; ⁊ ſpeculi nitorem ex aduerſo nudati hebetant. Amb. Qui recedit a ſapientia hebetatur.

Hebetudo rei alicuius carentis acumine vel mētis ingenij viſus ſimiliūq; obtuſitas.

Hebiones a veteribus pauperes dicuntur: quę vox indicat contēptum quendam.

Hebrus fluuius in thracia qui ab ęagro flumine ortū habet. Unde Oeagrius dictus. Uirgi. Tum quoq; marmorea caput a ceruice reuulſum: Gurgite cū medio portans oeagrius hebrus. Habet arenas ex quibus aurum colligitur.

Hebrei dicti ſūt iudei. ab Heber q̄ fuit abnepos Sem filij Noe. Prius hebri cognominati: ac deinde vna detracta littera hebrei: ſicut docet Aug. lib. xvj. de ci. dei. Et quia in eius familia remāſit lingua quę prius humano generi creditur fuiſſe cōmunis: cum gentes linguarum diuerſitate ſunt diuiſe: deinceps hebrea nuncupata. Ab hebreus fit hebraicus hebraica hebraicum: vt lingua hebraica.

Hecaton penultima correpta: latine centū dicitur. Inde per compoſitionē deducunt

Hecatonpylos: oppidū centū portarū πυλωρ enim portarum deſignat.

Hecatonpolis p. cor. habens centū ciuitates.

Hecatonbe ſacrificij genus in quo ritus hic ſeruabatur vt centene ſui generis mactarentur victimę: centum ſues: centū hędi. Iul. Capito. Tantum ſane leticię in balbino qui plus timebat vt hecatonben faceret: qđ tale ſacrificiū eſt centū arę vno loco conſtruunt ex ceſpite ad eas centum ſues: centū aues mactant. Iam ſi imperatoris ſacrificiū fit: centum leones: centū aquile ⁊ cetera huiuſmodi animalia feriuntur: quod quidem greci quondam feciſſe dicuntur cum peſtilentia laborarēt: vel a numero victimarū:: vel quia centum peloponenſi vrbes id faciebant: et a numero ſacrificantiū compoſita eſt dictio.

Hecaconchiros pe. cor. centimanus latine dicit.

Hecatontarchus centurio.

Hecatonpus qui centū pedes habet.

Hecate penul. cor. trium poteſtatū numen. Ipſa eſt enī luna diana ꝓſerpina: qđ ſignificatū: vt eius mirabilis potētia oſtēdat: vel qđ centū hoſtijs placet. Sue. ꝙ cētū ānos errare facit inſepultos. Hecate etiā fuit nomen filię perſes: de qua in dictione Oeta.

Hecamada arſinoi filia quę dono neſtori data eſt: dum ab achille diriperetur.

Hecta res minimi pręcij: quaſi hieta. i. hiatus hominis atq; oſcitatio. Alij puſtulam dicunt quę in coquendo pane ſolet aſſurgere a qua accipitur res nullius pręcij. Pompo. Hic homo hecte me facit.

Hectica febris: nō a conſuetudine: ſed ab habitu nomē habet. Hęc nō in humore tantum atq; ſpiritu: ſed in ipſis plane coit oſſibus ⁊ inoleſcit. Ideo non Ethica appellari debet: ſed habitualis εχω εξω.

Hemorroides genus morbi. Hema enī ſanguis dicit recipitq; diph. Inde hemorroreo qđ ſignificat fluxu ſanguinis laboro: ⁊ ꝓfluuiū patior.

Hedone apud nos voluptatē ſignificat.

Hedra ſedes latine dicit: vñ fit cathedra.

Hecyros latine ſocer: hecyra ſocrus penul. cor. habet Sunt ⁊ qui ſine h. ſcribant.

Hedui populi gallię poſt heluetios ⁊ ſequanos in occaſum vergentes: iuxta quos ex alpib⁹ fluit araris.

Hedyoſmos apud grecos ſuauitatē odoris ſignificat.

Hegeſias cyrenaicus phus fuit qui tanta fuit eloquentia ſicut Ual. max. ſcribit vt ſic mala vitę reprę ſentaret: vt eorum miſeranda imagine audientium pectoribus inſerta multis voluntarię mortis oppetēdę cupiditatem generaret. Ideoq; a rege Ptolomeo vlterius hac de re dicere prohibitus.

Hegeſippus nomen hiſtorici propriū.

Hei interiectio ingemeſcentis datiuo iungit ꝓnois: vt Hei mihi qualis erat. Ci. Hei mihi nō poſſum hoc ſine lachrymis cōmemorare. Aſpirat natura ꝙ is animi affectus aſpiratione melius declaret.

Heiulo as pe. corre. ab hei fit: ⁊ ſignificat ſublata voce fleo. Hiero. in Iob. Propter multitudinē calumniatorū clamabūt ⁊ heiulabūt ꝓpter vim tyrannorum Plau. in Aul. Qui nā hic hō ante ędes nr̄as: heiulās conquerit mercs: Inuenit ⁊ heiulor deponens.

Helei pe. pro. populi in peloponeſo clariſſimi propter delubrum Iouis olympij: ludoſq; olympicos quorū pręfecturā helei habuerunt. Uñ helei equi ⁊ heleus carcer ſepe leguntur. Luca. Quantum clamore iuuatur Heleus ſonipes.

Helios gręce ηλιοσ latine ſol: inde heliacus ſolaris.

Heliocaminus pe. pro. vaporariū quoddā ſolare non ad ignis vſum ſed ad ſolis velut id qđ vulgo lumina dicit: ⁊ in padana gallia Lucerio. Ulpia. In ſeruitutibus vrbanis. Si arbor inquit in helicamino vel ſolario ſolem adimat dicendū erit q2 vmbrā facit in loco cui ſol fuit neceſſari⁹ cōtra ſeruitutē impoſitā fieri.

Heliochryſos herba eſt aureū florē producēs.

Heliopolis pe. cor. ciuitas ęgypti inter Alexandriam ⁊ coptum a grecis Thebe dicta: quaſi ciuitas ſolis: altera eſt in cilicia Chryſippi ſtoici patria.

Heliotropiū herba ſolaris dicta ꝙ ſe cū ſole circūagat etiam nubilo die ac nocte: Uar. Nec minus admirādum qđ fit in floribus quos vocant heleotropia: ab eo ꝙ ſolis ortum mane ſpectant et eius iter ita ſequūtur ad occaſum: vt ad eum ſemper ſpectent.

Heliogabalus Antonini Caracelle filius qui ad imperiū aſſumptus fuit matris ingenio apud antiochiā.

Heliodorus nomen viri propriū.

Heliocopis nomen nymphę.

Heliades patronymicū fęmininū ab helios qui eſt ſol. Nam ſorores dicuntur Phaetontis.

Helle es: nomen Athamautis thebarum regis filię a qua helleſpontus.

Helleſpontus fretum anguſtum ab ęgeo in propontide: ⁊ vbi ſunt ille anguſtię ſeptem tantū ſtadijs Aſiā ab Europa diuidentes. Ibi enim helle in pontum decidit. Unde qui prius pontus dicebatur: helleſpontus vocatus eſt.

Hellas nomē fluminis ⁊ regionis achaię: vt inq̄t Ptolomeus a nr̄is gręcia appellata a gręco: qui primus in ea regnauit. A cuic filia vocata eſt Attis. Deinde ab hellene deucalionis filio dicta fuit hellas. Incipit ab Iſthmo corinthio ſiue ſtrictura peloponenſi ⁊ ad littora ęgei maris porrecta vſq; in macedoniā ⁊ theſſaliam: quā cū omni boetia intra ſuum nomen includit ⁊ extendit.

Helleborus ⁊ helleborum pe. cor. dicitur herba purgatoria optimū quod in anticyra circa helleborum fluuium gignitur atq; inde a grecis helleborus appellatur. Hor. Expulit helleboro morbum bilemq; meraco. Hanc herbam romani alio nomine Ueratrū dicunt: pro eo quod ſumptū motam mentem in ſanitatem reducit. Duo ſunt eius genera. Album ſcilicet ⁊ nigrum. Album quod vomitione cauſas morboꝝ extrahit. Nigrum qđ purgat per inferiora. Scribitur ſm Apul. per h. Sed apud grecos non aſpirat. Melampus medicus Amythaonis filius helleborum inuenit quod Melampodium vocant. Alij dicunt paſtorem eiuſdē nominis inueniſſe: cū capras paſceret. Col. Sed negat helleboros ⁊ noxi galbana ſuccos.

Helice vrbs archadię quā mare abſorbuit de cuius nomine vrſe ſidus fortaſſe vocatū eſt a poetis: ꝙ caliſto Lycaonis regis filia quę ex vrſa cum filio in ſtellas

verſa eſt: arcas fuerit.

Helicon penul. cor. mons boetię iuxta thebas: atq; vt Stra. lib. ix. ſcribit phocidi vicinus: eſt non procul a parnaſo eiq; emulus ⁊ altitudine ⁊ circuitu: qui ⁊ ipſe apollini quoq; ſacer ⁊ muſis eſt. Unde heliconiades muſę ſunt appellatę. Dictus helicon ab helicone qui ibi cum cytherone fratre ſingulari certamine pugnauit vt quidam tradunt.

Helicium dicitur quod eſt ante pectus equorum: et id genus animaliū ab armis id eſt humeris pendens: inſtrumentum quo ⁊ mole illi per machinulam innexe verſantur ⁊ curricula per temonē trahuntur. Unde ⁊ nomen accepit. Helco enim grece traho latine dicitur. Hinc helciarius.

Helciarius qui fune canabino nauem trahit aduerſus vndas: vt ē apud Martia. De helcio meminit Apuleius lib. ix. met. Defectum alioquin me helcio ſparteo dimoto nexu machinę liberatum applicant preſepio. Eſt paulo poſt. Helcio tandem abſolutus refectuiq; ſecurę redditus.

Helena ę. ſiue helene es penul. cor. Caſtoris ⁊ pollucis ſoror ⁊ Menelai lacedemoniorum regis vxor: a qua

Helene inſula vocata eſt ꝙ in ea primum Paris cum Helena dicitur concubuiſſe: multi fuerunt qui ſcripſerunt de laudibus helene: ſed in primis mihi videtur demetrius moſchus excellere: qui de ipſa ita ſcribit ꝙ pulchritudo helene nō fuit caduca: ſed ſemper florens ⁊ ꝙ Venus fecit nutriri helenam a gratiis ſuis. Unde ait και μεpτηp δε θεοιπop εθαιλυβεοp εισ οpεωpτεσ τικτομεpηp μεγαλου κουpηpδι οσ ηδευεφιλαpτο αpτικα δεχαpιτσιp μετηεδατοïα αφpοδιτηp δευτεφιλαι υηp μοι ατιταλλειpωσ επεοικεp οιοp εμοp πολυχαpτοp εθpεψαλεαμβκωτοp υιοp.

Hellenes deucalionis filius: a quo grecos hellenes nō nulli credunt fuiſſe nominatos.

Heleniū frutex ſeu herba qui ex helene lachrymis fingitur natus i helene inſula. Fauere treditur formę et cutē nutrire incorruptā venerē cōciliare: ⁊ hilaritatē inducere in vino pota.

Helicteres inaures ſunt ſicut docet Iul. Pol. quę ⁊ helice dicunt a clauiculis: quas helicas vocant. Quod aūt greci vocant helicem nos clauiculam ⁊ pampinū ⁊ Campollū vt in vitę dicimus.

Hellanodices latine iudex certaminis dicit.

Heluo vorax inſatiabilis ⁊ imoderate ſua bona ingurgitās q̄ſi oia lucēs. Terē. in heau. Gerro fraus heluo iners ganeo damnoſus Cice. p tranſlationē heluo librorū dixit quaſi guloſus. i. nimis auidus librorum. Et aſpiratur vt ab eluo ſuo primitiuo differat ſiue vt auiditas illa magis exprobret vt inquit Feſtus. Fit eīn vox incitatior.

Helorus pe. pro. ſicilię fluuius. Fuit etiā noīe iſtri fluminis filius qui ab aiace occiſus eſt in ea pugna quā greci cū Telepho rege myſorū habuerūt.

Heluacia genus ornamenti lydij: dictū a colore boum qui eſt inter rufum ⁊ albū: appellaturq; heluus: q̄q; hęc eadē vox apud veteres ſaburrā ſignificaret.

Heluela ſunt holera minuta: vt inquit Feſtus: quoniaz helus ⁊ heluſa veteres dicebāt p holus ⁊ holera.

Heluetij populi germanię iuxta lacū ercinię ſyluę.

Heluolū apud Catonē eſt color inter rufum ⁊ album: vñ heluole. Col. lib. iiij. Sunt ⁊ heluole quas nōnulli varias appellant: neq; purpureę. neq; nigrę ab heluo (niſi fallor) colore vocitate.

Hem interiectio corripientis ſeipſum vel indignantis vel admirātis: vt hem nos humunculi. Apul. Hem hominis audaciam. Quandoq; demonſtrantis eſt. Teren. in And. Hem puer hercle puer eſt: Et aſpiratur propter maiorē ſonum.

Hemis apud nos traducitur ſemis: grece ημισοσ dimidius.

Hemicycliū ſedes ſeu cathedra ſemirotūda grece ημικυκλοp hemicyclus medius circulus. Nam cyclus circulus. Eſt enim facta in medij circuli formam Cicero in Lelio. Cūmemini domi in hemicyclo ſedētē

Hemina pe. pro. menſurę genus: qua vinum vel frumētum metiebatur: ⁊ dimidiū ſextarij continet quaſi ſemiſextaria. Gel. lib. iij. Si ex ſextario hemina fuſa eſt ſed dimidiū tertio. Inde heminaria q̄ſi mediocris.

Hemodes inſulę ſeptem in oceano germanico.

Hemiplexia pe. prod. paraliſis: hoc eſt ſemiapoplexia cū in alteram tantū partē corporis malū id incubuit. Nā cū totū afficit Apoplexia noiat: nunc vtrūq; inquit Celſus paralyſin appellari video.

Hemicranici ſunt qui dimidia parte capitis laborant quēadmodum cephalea quo totum caput infeſtatur Dicti hemicranici ab hemicrania q̄ ⁊ hemicrea dicit

Hemiolus quędā arithmetica proportio continens aliquem totū numerū atq; eius dimidium: vt ſe habent tres ad duo: ⁊ quindecim ad decem.

Hemorobios ſignificat diarij victum: quo nomine dictus eſt Diogenes cynicus phus. Eſt ⁊ hemorobius vermiculus ꝙ vitā diei habeat ημεpαp enim greci diem dicunt βιοp vitam.

Hemiſtichion dimidius verſus. Nam στιχοσ verſus dicitur.

Hemitogium dimidia toga.

Hemitriteus ſemitertiana febris: ſic dicta ꝙ parte aliqua tertianā preſentet tertio die vt illa repetens non tñ vt illa diem vnū preſtat integrum: ſed inter horas xxxvj. plus vel minus porrigit. Hiero. in diuo Hilarione. Ibi ſiue ob corruptum aerem ſiue propter gloriā Hilarionis ſerui dei hemitriteo parit arrepti omnes a medicis deſperati ſunt.

Hemiſpheriū dimidia ſphera hoc eſt cęli dimidium.

Hepta apud nos ſeptem ⁊ aſpirat cū ſuis deriuatis.

Heptapylos penultima correpta: latine dicitur ſeptez portas habens.

Heptapachys pe. cor. menſura ſeptem cubitorū. Vñ Achilles heptapachys eſt appellatus.

Hendecaſyllabus verſus vndecim ſyllabarum qualis ille Catullianus. Paſſer delicię meę puellę.

Heptemeneris cęſura eſt cum ſyllaba naturaliter correpta pducitur qđ fieri ſolet in principio quarti pedis vel ſeptimę ſyllabę ſi tres ſpondei pręcedant quaſi ſeptima dicat diuiſa pars ab επτα ſeptem ⁊ μεpιζω diuido. Vide in dictione cęſura.

Heptaphorus nomen viri proprium.

Heptaporus troię fluuius.

Hephestos propriū viri nomen Vulcani.

Heraclea dicebatur quę nunc Calpe in finibus ⁊ olim perithus vocabat. Europę ciuitas boſphorana a q̄ Dionyſius phus zenonis diſcipulus herecleotes a Cicerone in Tuſculanis appellatus eſt: vbi fuit amphitheatrū vnū e ſeptē ſpectaculis. Fuit ⁊ alia heraclea in radicibus oete montis: quā Aſaris fluuius alluit. Alia in pōto. Alia iuxta oſtia rhodiana. Alia in campania: quę ⁊ herculeanū dicta eſt.

Heraclee oppidū proximū Neapoli incūbens mari.

Heracleopolis nomē triū ciuitatū. Una eſt in ęgypto ex qua Theophanes phyſicus. Altera nō longe a peluſio. Tertia ſm nili oſtiū qđ canopicū eſt.

Heracleon herba ab hercule inuēta: quā alij Origanū heracleaticū ſyluestre dicūt: quoniā eſt origano ſimile. Alij Timalū dicūt. Naſcit in aquoſis folijs magnis ⁊ in ſumma aqua flore lilio ſimili: ⁊ cum defluxerit capiti papaueris. Eſt ⁊ alia herba heracleon ſiderion caule tenui digitorum. iiij. altitudine: flore puniceo folijs coriādri: iuxta amnes ⁊ lacus naſcēs ⁊ oia



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vulnera ferro illata efficaciſſime ſanans.
Heracleota nux. Quere in dictione nux.
Heraclitus penul. produ. nomen ꝓprium phi epheſei grece ηρακλειτοσ ei diph. Lucre. Heraclitini quorū dux agmina primus. Hic eſt ille qui quotiens domo egrediebat: flebat ſicut Democrit⁹ ridebat: alteri oīa q̄ agimus miſerie: alteri ineptie videbant. Cognominatus eſt ſcotinos: quaſi tenebroſus. De induſtria em̄ obſcurabat ſtilū. Ideoqꝫ eius volumina philoſophi ſudātes vix intelligunt. Fuerūt alij quattuor heracliti. Primus poeta Lyricus. Secūdus Halicarnaſeus ſumme elegantie. Tertius Leſbius: q̄ macedonū ſcripſit hiſtoriā. Quartus vir ridiculus.
Heraclides pe. cor. nomen phi: qui heracleotes fuit ex ponto: hic opulentus athenas venit deditqꝫ ſe in diſciplinā Speuſippo Pythagoreorum auditor fuit Platonis ſtudioſus. Fuerūt ingenij illius monumēta ꝑclara. Nā dialogos ⁊ tragedias ſcripſit. Fuerūt ⁊ alij multi heraclide ingenio ⁊ doctrina inſignes.
Herceus dictus eſt Juppiter: quē etiam penetralē vocabant q̄ intra conſeptum domus cuiuſqꝫ colebatur. Grece em̄ hercos ſeptū clauſtrūqꝫ nominatur. Oui. Cui nil hercei profuit ara Jouis
Hercules cognomen vel fortaſſe potius agnomen Jouis ⁊ Alcmene filij qui ob fortitudinē ⁊ gloriam creditus fuit: ꝙ inter deos ſit relatus. Fuiſſe autez tres Hercules ſcribit Diodo. Alij ſex autumant. Prim⁹ qui certauit cum Apolline de tripode Alter nilo natus egyptius: quē aiunt phrygias lr̄as conſcripſiſſe. Terti⁹ ex Ideis dactylis cui inferias afferūt. Quartus Jouis filius ex aſterie Latone ſorore qui tyri colitur: filiamqꝫ habuit carthaginem. Quintus in Jndia qui ⁊ belus dicitur. Sextus thebanus ex Alcmena ⁊ Joue tertio genitus cui aliorum geſta aſſignant Herodotus ſcribit herculē eſſe ex. xij. dijs egyptioꝝ: grecoſqꝫ ab egyptijs hoc nomē mutuatos indidiſſe ſilio amphitrionis Varro. xliij. hercules nominat. Verūtamen oēs q̄ robore preſtiterūt hoc noīe ab hercule Alcmene filio appellatos fuiſſe affirmat. Macro. aſſerit herculē eſſe ſolem quaſi heraclē: idqꝫ ex nomie clareſcere. Hercules em̄ nihil aliud ē q̄ͥ heras. i. Junonis. i. aeris cleos id eſt gloria vel laus. Que porro alia eſt aeris gloria q̄ͥ ſolis illuminatio? Idē dict⁹ eſt xij. labores confeciſſe: quia ſol annuo curſu. xij. ſigna zodiaci luſtrat ⁊ conficit. Ab hercules hecule ⁊ hercle. Mehercules ⁊ mehercule aduerbia iurandi.
Herculanus a um nomen poſſeſſiuum. Eſt ⁊ herculan⁹ nomen proprium ab hercule deriuatum. Gel. lib. j. adiectiuū poſuit. Comprehenſa iuquit menſura herculani pedis ſm̄ debitam mēbrorum omniū inter ſe competentiā modificatus eſt.
Herculanum fuit campanie oppidorū.
Herculeus a um: apud poetas dicit: quoniā breuē inter duas longas heroicus verſus nō admittit vt Atſinus berculei ſi vera eſt fama tarenti. Et modo poſſeſſiuum eſt: modo accipitur pro forti vt herculea vis Herculeus homo. Modo ꝓ imenſo: vt herculeum opus. Herculeus etiā morbus dicit comitialis: q̄m hunc morbū paſſus ſit hercules. Vn̄ et ſacer eſt appellatus ⁊ maior morbus propter grauitatē.
Herebus pe. cor. profunditas inferorū dicitur. Vide in dictione Erebus.
Hermes is: ⁊ hermetis dicitur latine quaſi interpres. Mercurius dictus eſt ab ερμενια id eſt ſermone. Preſtabat em̄ loqui quē effigiabāt alas in capite et pedib⁹ habentē: ꝙ ſermo hominū ꝑ aera volitet.
Herma e. etiā Mercurius dicitur: q̄ͥuis etiā q̄nqꝫ ſumat pro ſtatuis ⁊ ſigillis ꝑcipueqꝫ truncis ⁊ quoꝝ capita ꝑmutari poſſunt. Cice. ad atticū lib. vj. Herme illi tui pentelici cū capitibus eneis: de quibus ad me ſcripſiſti iam nunc admodū me delectant. Probus emi. in Alcibiade. Id cum appareret priuſqꝫ claſſis exiret: accidit vt vna nocte omnes herme qui in oppido erant athenis deijcerentur preter vnam que ante ianuam erat. Suidas dicit hermas ſtatuas dictas ꝙ plurimū Mercurij ſtatue deliniarent He eni herme viriles ſtatue ad propagandā defuncti memoriā ſepulchris erigebantur. Solebant autē Romani mercurij ac minerue ſtatuas coniungere gymnaſijs dicarīqꝫ: quas hermathenas Cicero nominat. Qr ad me de hermathena inquit ſcribis mihi per gratum eſt ornamentū academie propriū mee ꝙ ⁊ hermes cōmune omniū ⁊ minerua ſingulare inſigne eius gymaſij. Quidam hermas accipiūt pro lapidibus quadratis quos athenienſes ſolebāt ponere tū in priuatū in ſacrarū edium veſtibulis: vt ſignificarent rationē ⁊ veritatē ꝑinde vt formā quadratā rectā ſemꝑ ſtare Dicti herme a Mercurio q̄ eſſet deus rōnis ⁊ veritatis.
Hermoglyphus marmorius ⁊ ſtatuarius.
Hermopoliū officina vbi officiatores ſtatuaꝝ habitāt
Hermopolis penultima correpta nomen vrbis quam hermes condidit.
Hermophroditus pe. pro. Mercurij ⁊ Veneris filius compoſitum nomen ab hermete: ⁊ aphrodite qḋ venerē ſignificat: a quo hermophroditi dicti ſunt vtrūqꝫ ſexum habentes. Hij etiā androgyni dicuntur qui vtrūqꝫ ſexum habent.
Hermodotus pe. pro. fuit phus epheſius quem in italia exultantem Pomponius iurecōſultus tradit auctorē fuiſſe. xij. tabularū ferēdarū. xij. viris. Pli. dicit hunc fuiſſe interpretē legū decēuiraliū: eiqꝫ ob id ſtatuam publice dicatam. De hoc Stra. libro. xiiij. Jn epheſo fuere viri memoratu digni: ex antiquis heraclitus. Item hermodorus. De quo hic idem inquit. Dignos eſſe omnes epheſios ſtrangulari qui hermodorū virū inter eos frugi eiecerūt dicētes. Nemo noſtrū frugi eſto: alioquin cū alijs eijciat.
Hermenia latine interpretatio. Unde perihermenias Ariſtotelis liber de interpretatione.
Hericius animal ſic dictum: ꝙ ſertis horreat. Hic et herix dicit in ſepibus dumoſis ⁊ vineis ꝑ autūnum ꝑcipue diuerſat. Cōditur in arbores hyeme: ⁊ cibis ꝑ eſtatē paratis veſcit. Ubi ſenſerit venatores cōtractis ore ⁊ pedibus cōuoluit in formā pile: ne q̄d comprendi poſſit preter aculeos. Sunt e genere eoꝝ maiores hiſtrices: q̄bus lōgiores aculei: de quib⁹ infra.
Heri ab herendo quidam dici putāt: ꝙ heſternus dies hodierno diei cohereat: ſine diei alterius interpollatione. Dicitur etiā here ꝓpter cognationē litterarū i ⁊ e. vt Veſpere ⁊ veſpi. Ab heri fit heſternus a um. ſicut a cras craſtinus. Et accipitur heſternus ꝓ pridiano. Terē. Jure heſterno panē atrū vorant.
Hermias eunuchus trapezite cuiuſdaz famulus athenas profectus Platonez Ariſtotelēqꝫ audiuit ⁊ domū reuerſus cū dn̄o ſuo Atarnenſes ⁊ aſſenſus aggreſſus eos ſubegit ⁊ illis ſimul cū dn̄o ſuo imperauit.
Hermogenes pe. cor. nomen proprium. latine dicitur Mercurio genitus. Cōtra quē cauillatus Cratillus eum hermogenē non recte dici: quia doctrine. ſ. atqꝫ eloquentie nihil ſapiat.
Hernia cōmune eſt nomen tribus morbis. ſ. Enterocele Epiplocele: ⁊ hygrocele. Enterocela enim dicitur cum inteſtina dilabuntur in Scrotū. Epiplocela cuz omentū. Hygrocela cum in alterū e teſtibus humor cōfluit. Has ſpecies nr̄i vocāt hernias: vt inq̄t Celſus a duricie pellis q̄ fit poſt inteſtinorum deſcenſuz Herniū em̄ durū et aſperū dicitur Tractū a ſabinorum lingua qui hernia ſaxum vocant. Mar. Periſorum ... Fabianus herniarū omnes quē modo colei timebāt dicentem tumidas in hygrocelas. Ramices ꝟo has

ſpecies ſub ſe ꝯtinet. Procelã q̄ eſt cũ ex abſceſſu aliquo circa ſecretum materia ſubduruit. Sarcocelam cum in ipſo ſcroto concreuit caro. Cirſocelam cũ venę intumuerunt: tunicis teſtium integris vel in ipſo ſcroto: vel cũ bubonocela dicitur in inguine. Eſt tñ vbi Pli. enterocelã dixerit ramicem: vt in medicinis cupreſſi. Differt ab his bronchocela quippe q̄ in ceruice ſit: quaſi tumor magnus ⁊ rotũdus inter cutem et aſperã arteriã qua modo caro hebes: modo humor aliqs includitur. Interdũ etiã minutis oſſibꝰ pili immixti: vt in Celſo lib. vij. perperã ſcribatur broncoceole. Sũt etiã q̄ herniã interp̄tentur ꝓ teſtiũ theca vt illud Mar. Ingens iratis apparuit hernia ſacris.

Herniosus ꝓ qui herniã patitur. Hier. in Leui. Si cecꝰ fuerit vel herniosus nõ accedet offerre hoſtias dño.

Hernici populi in campania ſaxa incolentes. Hos tñ hernicos appellatos voluit. Macro. Qui hernum adducit a noie hernici pelaſgi qui eorũ fuit dux.

Herodius et herodion auis: falco vulgo dicta: immo eſt ardea la garça.

Herus dñs aſpiratur vt differat a verbo futuri tpis ero.

Heros a Iunone dicitur: inquit Augu. lib. x. de ci. dei. Nã grece Iuno hera appellatur. Et ideo neſcio q̄s filius eiꝰ ſm̄ grecoꝝ fabulas heros fuerit appellatus. Hoc videlicet velut myſticum ſignificante fabula ꝙ aer Iunoni deputetur: vbi volunt cum demonibus heroas habitare. Quo noie appellant alicuiꝰ meriti animas defunctorũ. Et lib. vij. Inter lunę gyrum et nymborum ac ventoꝝ cacumina aerias eſſe animas: ſed eas aio nõ oculis videri ⁊ vocari heroas ⁊ lares ⁊ genios. Mar. Capella in nuptijs philologię dicit heroas ab hera q̄ terra dicitur nũcupatos. Hinc heroicos a. um. et Herois idis. michalus autem etymo. ηρωσ αμηρ θειοσ εστι ημιθεοσ γεμμαιοσ λεγεται δε απο του ερωτοσ τησ αρετησ ησ αιασκημ δυμουσ και πομουσ αμω τωμαμθρωπωμμι ρουμεμοσ αγαθοσ αιρεται.

Herpes animal ſic dictum: ꝙ eo pręcipue ſanentur ea quę ſerpunt.

Heroidas veteres fęminas clariores dixerunt: quales ſũt heroum vxores ⁊ filię. Papin. lib. iij. Siluarum. Qua veteres latias graiaſq; heroidas equas.

Herſilia nomen vxoris romuli: quę in horã verſa tẽpla cum quirino tenuit. Eſt aũt herię apud grecos quod apud nos eſt ros.

Henula parua delubra: in qua loco f. ponitur aſpiratio: quaſi fanula.

Heſperus penulti. cor. Athlantis frater a quo heſperia ſcribit Diod. hũc heſperũ conſcendiſſe cacumen montis athlantis ad curſus aſtrorũ obſeruandos et nunq̃ deinceps comparuiſſe cui vulgus honores diuinos exhibuit: aſtrũq; lucidiſſimũ eius noie appellitauit. De quo Virg. Ite domũ ſature venit heſperus ite capellę. Hęc etiã ſerotina ſtella veſper dicitur: vt apud eundẽ lib. j. geor. Quid veſꝑ ſerus vehat. Similiter veſperugo noiatur. Plau. Nec veſperugo nec vergilie occidunt. Rurſus ⁊ illa eadẽ excogitata ſtella a pythagora primum fuit quę ante ſolẽ oriri cõſpicitur: tunc quoq; lucifer noiatur q̄ gręce. φοσφοροσ. dr. Virg. in Damone. Naſcere preq; diẽ veniẽs age lucifer almum. Qñq; etiã a nobis Iubar trãffertur: eo ꝙ eius ſplendor in modum iube leonis diffundatur Similiter ⁊ Venus appellatur ſiue in die: ſiue nocte.

Heſperię duę ſunt Vna quę hiſpania dicitur. Altera Italia quę ſic diſcernuntur. Aut em̃ heſperiam ſolam dicimus et ſignificat Italiam. Virg. Eſt locus heſperiam grai cognomine dicũt. Aut addis vltimã et ſignificat hiſpaniam: quę in occidẽtis eſt fine. Hora. Qui nũc heſperia victor ab vltima. Et hęc ab heſpero occidentali ſtella dicta eſt. Italia vero ab heſpero athlantis fratre qui a germano pulſus Italiã tenuit ⁊ ei nomen vel propriũ: vel ſue priſtinę regionis impoſuit. Macro. Tñ voluit heſperiã dictã eſſe Italiã ꝙ occaſui ſubiecta ſit.

Heſione nomen Laomedontis filię.

Heſaias nomen prophete ꝓprium.

Heſperides penulti. cor. appellate ſunt heſperi fratris athlantis filię Aeglę Arethuſa ⁊ heſpertuſa. De his eſt fabula ꝙ habuerint hortos nemore aurifero precioſos vbi erat draco cuſtos peruigil: mala aurea vigilanter obſeruans quem interfecit hercules pomaq; aurea retulit ad euriſtea. Pli. et Solinꝰ interpretantur fuiſſe ęſtuarium maris meatu flexuoſo inſtar draconis quod hortos heſperidum amplectebatur vbi pręter oleaſtrum aliud nihil ex narrato illo aurifero nemore extare prodiderunt. Var. ꝑ mala aurea oues ſignificari dicit q̄s hercules ex aphrica in gręciam exportauerit. Ea em̃ ſua voce greci appellant mala apud quos μηλομ .i. malum ſignificat ouem et pomũ. Hinc Melote dicte veſtes ex pellibus ouium confecte. Aliter tradit Diod. lib. v. biblyothecę quem videre potes.

Heſperũ promontoriũ in aphrica eſt nauigatione decẽ dierum ab Oenothema monte.

Heſternus a. um. Vide in dictione heri.

Heram alias hectam priſci dixerunt: q̄ſi hietã rem minimi precij vt ẽ oſcitatio ⁊ hominis halitus. Alij volunt eſſe puſtulam illam quę in coquendo aſſurgit: vt videmus in ahenis dum feruent.

Heteron gręce: latine alterũ ſeu reliquum dicitur.

Heteroclitũ quaſi alternę declinatũ. Nam cõponitur ab ετεροσ et κλιτομ.

Heterogenus a. um. penultima cor. quod eſt alterius generis. Dicitur et heterogenius a. um.

Heteromaſchala quę ex altera tantũ parte villoſa ſunt ⁊ ſeruitijs dedicata: ſicut Amphimaſchala ⁊ amphimalla: quę ab vtraq; parte villoſa et ingenuis dedicata ſunt.

Heu interiectio dolẽtis iungitur actõ ꝓnominis. Ter. Heu me miſerũ. Naꝫ per exprobrationẽ iũgitur cũ noie. Virg. Heu ſtirpẽ inuiſam. Et cũ ntõ. Idẽ. Heu pietas heu priſca fides. Interdũ geminatur ⁊ nulli caſui ſeruit. Virg. Heu heu quid volui. Aliqñ etiã dr Eheu. Aſpiratur ſicut ⁊ hei eadẽ ratione.

Heteronyma: vide in dictione homonyma.

Heus aduerbium vocantis. Virg. At prior heus inquit iuuenes monſtrate mearum Vidiſtis ſi quã hic errãtẽ forte ſororũ. Aliqñ duplicatur Heus heus. Nõ nũq̃ interiectio dolentis eſt: vt heus etiã mẽſas conſumimꝰ inquit iulus. Aſpiraturq; magis vſu cũ ⁊ Feſ. a greco ai trahere videatur q̄ vox doloris eſt: vnde ⁊ egritudinẽ deductã eſſe tradit. Eu ꝟo greca dictio q̄ multorũ noim̃ cõpoſitionẽ init aſpirationẽ nõ hꝫ vt Euſebius: Euſtachius: Eugenius.

Heuoe interiectio metuentis. Ouidis. Heuoe bacche ſonat.

Heterocraneas vocãt morbũ capitis cũ caput inequaliter dolet tumetq; : et inter pilos rotũda ⁊ humida boluſcula ſurgunt ⁊ pus mali odoris.

Hexaclinũ vocatur ſtipadium hoc eſt cęnatio ſex conuiuas capiens. Mar. Et teſtudineum mẽſus quater hexaclinon. Ingemuit.

Hexameron penul. cor. apud nos ſex dierũ. Cõponitur enim ab εξ ſex et ημερωμ dierum vbi interponitur a. cauſa euphonię ⁊c̃.

Hexametrũ penultima correpta ſex pedũ μετρομ .i. menſura.

Hexagonum penul. pro. ſex angulorũ. Amb. lib. hexa. Quis architectus eas docuit hexagona illa cellarũ indiſcreta laterũ equalitate componere? απο του

εξ καῖ γωνια συνσιθεσαι.

Hexaplum vel hexapla orum. exemplaria ab εξ ſex et
πλοισ plica. Hiero. in ꝓlo. libri Ioſue. Ut ꝑ gre/
corū hexaplis editionē noſtrā habeant.

## H Ante I

Hiarbas Iouis filius ex garamante nympha fuit getu
lorum rex: quem Uirgilius ſcribit in connubium pe/
tijſſe Didonem.

Hiato as. frequētatiuū a verbo hio as. ſignificat ſepe
aperior ſcindor ve. Plau. Si qua forte cōtio eſt vbi
eum hiatare nondū in mentem venit. Laberius paſ/
ſiuo vſus eſt. Hiatantur fores inquit: ꝓ eo quod eſt
hiatant: id eſt patent.

Hiatus us. apertio. Claud. de rap. Qđ conata nefas:
aut cuiꝰ conſcia culpe Exul ad immanes erebi detru/
dor hiatus. Eſt autē triū ſyllabarū ab hio factum.

Hibiſcus herba non diſſimilis malue vt inquit Theo/
phraſtꝰ folio maiori ꝙ̄ malua: piloſiorıqꝫ caule. Uſuſ
eiꝰ ad rupta ⁊ tuſſes. Pli. ſcribit hibiſcū a paſtinaca
diſtare damnatū in cibis ſed medicine vtilē. Uirg.
accipit ꝓ iunci ſiue viminis genere.

Hic et iſte ſic differunt: ꝙ hic circa perſonā loquētem:
iſte circa perſonam audientem: ac ſi a prima perſona
ad ſecūdam haberetur oratio: vt huic amico meo cū
tuo iſto familiari magna eſt contentio. Eodē modo
cū tu in p̄ſentia ſis Florentie: ego ꝟo Bononie ꝙ̄ re/
ctiſſime dicetur ſi ad te ita ſcripſero. Maturiorez ſa/
ne futurū ſuſpicor tuum in hanc vrbem aduētū ꝙ̄ in
iſtā meū. Eadē quoqꝫ ratio eſt eorū aduerbiorū que
localia noīata ab hiſdem pronoībus formant̄: vt hic
noui habemus nihil. Or ſi quid iſtic noui acciderit ſci
re cupio. Et regis hiſpaniorum oratores qui diebus
ſuperioribus hac iter habuerūt ad quod tēpus iſtuc
peruenerint facito me certiorem. Cic. Curioni. Pu/
tares ne vnꝙ̄ accidere poſſe vt mihi ꝟba deeſſent: ne
qꝫ ſolum iſta veſtra oratoria: ſed hec etiam leuia no/
ſtratia. Idem valerio. Ibi malis eſſe vbi aliquo nu/
mero ſis ꝙ̄ iſtic vbi ſolus ſapere videare. Iſtec vero
et iſtanc nō oratorum ſed comicorum ſunt. Ille vero
cum aduerbijs ab eo formatis ſignificat rem ſeu lo/
cum ab vtroqꝫ remotū. Plau. Quis eſt quē videmꝰ
venientem pannoſum ac ſqualidū? Ille ne eſt noſter
Syrus. Pli. Hec oīa ad vos ex illa ꝓuincia ꝯportāt̄.
Illinc ſucci: Illinc odor: Illinc extremo orbe queſite
luxurie opes. Duobus autem modis conſtruunt̄: de
monſtratiue ⁊ relatiue. Terē. Uiden tu illū Thais?
Sene. Et qui hoc facit ſane prudens appellādus eſt.
Et tūc hic eandē ſignificationē habet quam is. Et in
ntō plīs nūeri ac maſ. et fe. generis ſola ſcriptura di/
ſtinguit̄. Hi em̄ et he cū aſpiratione ⁊ vna vocali ab
eo qđ eſt hic et hec deſcendunt. Ii vero ⁊ ee cum dua
bus vocalibus ſine aſpiratione fiunt ab is ea id. Sci
endum quoqꝫ eſt ꝙ hic cum pronomen eſt corripitur
vt Solus hic inflexit ſenſus. Et qn̄qꝫ ſumitur pro ta/
lis: vt hic pietatis honos. Et hunc ego te Euryale aſ
picio. Qn̄ ꝟo aduerbium producit̄: vt hic illius ar/
ma. Et modo ꝓ tūc. Uirg. Hic regina grauē gēmis
auroqꝫ popoſcit. Cice. Apio. Hic ego multa ſil̄ cogi
taui. Modo ꝓ tali loco. Plau. Hic ne eſſe oportuit
qui frugi eſſent: hoc eſt in tali loco ⁊ tā ſordido. Acci
pitur qn̄qꝫ iſte pro hic. Cice. Cū iſto tempore ſtēt cū
gladijs armati. Et ille ꝓ is: vt apud apoſtolū. Non
em̄ qui ſeipſum cōmēdat: ille ꝓbatus ē. Hic ⁊ is alio/
modo vſurpari ſolent ab auctoribus: vt Alexander
paruis copijs fretus ſuperauit dariū cū infinito exer
citu: ⁊ id vel et hoc in adoleſcentia. Ab hic tam pro/
nomine ꝙ̄ aduerbio: fiunt Hicce ⁊ hiccine illud eiuſ/
dem ſignificationis cū hic. Hoc ſemꝑ interrogatiue
ponit̄ quaſi hiccine. Dicit̄ ⁊ hecce: hocce. Uñ apud
Teren. Hiſce plurali nūero dicit̄ pro eo qđ eſt hi: ea
ait Hiſce arbitrant̄: nūc hoc munere ſuā eſſe thaidē.
Plau. in Cap. Hiſce autē inter ſe cōfinxerunt dolū.

Hicce ab hic fit ⁊ idem ſignificat. Hiccine ponitur in/
terrogatiue: quaſi hic ne?

Hiera: inſula inter Siciliam et Liparim Uulcano ſa/
cra vna ex colijs. Fuit ⁊ via ſic dicta: ꝙ ea irent ſacer
dotes ad Eleuſinā cererem. Hoc nomine etiā appel
lata eſt vxor Thelephi regis Myſoꝝ que a nerio in
terfecta ḋr cum marito ferret opem: qui ab Achille
vulneratus fuerat. Ea vt fabule tradūt tante fuit pul
chritudinis vt etiā helenā ſuperaret. et Hiera apud
nos dicit̄ Sacra cum qua dictione fiunt multa com/
poſita: de quibus infra.

Hierarchia penul. pro. latine ſacer principatus. Greci
ιερα ſacrum dicunt αρχη principatus.

Hierapicra: aduerbiū dicit̄: ſacra amara. Nā πῖκροσ
amarum dicit̄. Medicine genus quoddā ad ſoluen/
dum aluū. Uide in dictione Picra.

Hierapolis penul. cor. latine ſacra ciuitas dicit̄. Quo
noīe dicta eſt ciuitas Aſie cōtra Laodiciā vbi aque
calide ſcaturiebāt: que in tophum admodū facile du
rabantur. Et os plutonium in paruo quodā montis
ſupercilio ita cōmēſuratū vt hoīem ſuſcipere poſſet
mira ꝓfunditate cui vallum ꝓpoſitum erat quadra/
tū ambitu ſemijugero nebuloſa et craſſa caligine ple
num vt vix ſolum diſcerni poſſet. Exterius trāquillo
celo aer innoxius: aīal ſi qđ ingrederet̄ ſtatim mori/
ebatur et tauri introducti mox cadebāt educebant̄qꝫ
mortui. Strabo ſe paſſeres immiſiſſe ait qui ſubito
expirauerint. Apud Hierapolim aqua quedā adeo
tingendis lanis idonea fuit vt ex radicibus tincta cū
his decertarent que ex fermiculo purpuraqꝫ tingebā
tur: a qua hieropolite dicunt̄.

Hieronymus ꝓpriū nomen eccleſiaſtici diſertiſſimiqꝫ
viri cuius opera in p̄cio habent̄: et latine ḋr ſacra lex
ſeu ſacrū nomē. Componit̄ em̄ ex ιεροσ et ονομα:
ſed o. mutatur in y. Fuit et hoc noīe philoſophus ex
rhodo inſula qui finem ſummi boni poſuit in indolē/
tia: que grece ḋr αναλγησια.

Hieronicas vocamus victores ſacrorum certaminū.
Que ſint ſacra certamina: Uide in dictione ſacra cer
tamina. Que autē fierent in ſacris certaminibus do
cet Quin. lib. ij. cum ait Quum paleſtricus ille cur/
ſorē faciat aut pugilē aut luctatorem aliudve quid ex
his q̄ ſunt ſacrorū certaminū.

Hieroſolyma e. et hieroſolyma orum. et hieroſolyme
arum. tātū pluraliter vrbs iudee ſeu paleſtine que et
hieruſalem vocabatur. Unde legimus apud Ioan/
nem Facta ſunt Encenia hieruſolymis. Dicuntur au
tem hieroſolyma: vt ſcribit Egeſippus: que primo
Solyma dicebātur. Sed cū rex chananeus cogno/
mento iuſtus qui fuit conditor ſolymorū templū ad/
didiſſet inde hieruſolyma nūcupauit. Greci em̄ ιερε
ιον templum vocant. Euſebius libro. ix. Euang. p̄/
parationis ait hieroſolymā appellari quaſi in hiero/
ſolomonis hoc eſt edē Solomonis a tēplo qđ So/
lomon hieroſolymis pulcherrimum magnificentiſſi
mūqꝫ conſtruxit. Hinc hieroſolymita pe. ꝓ. hieroſo
lymitanus ⁊ hieroſolymus. Hiero. lib. ij. mach. Et
qui ꝓmiſerat romanis ſe tributū reſtituere de capti/
uitate hieroſolymorū p̄dicabat nūc ꝓtectorē deum
habere iudeos. Suet. in Nero. Spopōderūt tamē
quedā deſtituto ei ornationē orientis: nonnulli noīa/
tim regnū hieroſolymoꝝ. Hec etiā hieruſalē appel/
latur: que vrbs ꝑ tria noīa a Hiero. vocatur Iebus
ſalē: hieruſalē: q̄ ab helio poſtea hadriano ḋ ruinis ⁊
cineribus ciuitat̄ in heliā ſuſcitata eſt.

Hierotheus: nomen viri proprium: et interpretatur
ſacer deus.

Hieroceps: inſula in Cypro prope paphū: qua voce ſignificatur ſacer ortus.

Hieroduli penul. pro. ſacrorū miniſtri. Jul. Firmicus lib. viij. Matheſeos ſcribit futuros ędituos aut hierodulos qui habuerint horoſcopum in. xxvj. parte geminorū: gręci νεωκορον vocant ędituum.

Hierophanta: latine ſacrorum demonſtrator. Hiero. cōtra Joui. Hierophantas quoqꝫ athenienſiū vſqꝫ hodie cicutę ſorbitione caſtrari: et poſtqꝫ in pontificatū fuerunt electi viros eſſe deſinere.

Hiero Syracuſanorum tyrannus in quo pulchritudo corporis ⁊ vires fuerunt admirabiles: de quo multa apud Juſtinū leguntur.

Hierocomon: locus eſt quo leproſi aluntur: hiera eñ grece: lepra latine et κωμη villa.

Hierico ſeu hiericus ontis. et Hiericus hierici ciuitas magna fuit muralibus ſepta parietibus: ꝗ non ferro peruia nec ariete poſſit eſſe penetrabilis. Hiero. ad Alga. Et in parabo. de hieruſalē deſcendētis hiericū ſamaritanus loquitur.

Hila: inteſtinum tenue ab hira: ſiue ab hilum vt inquit Var. quod eſt minimū. Unde quādoqꝫ hile ꝓ ſalſis inteſtinis: vel fartis ſalſitijs: aut lucanicis accipi ſolent. Plaut. Atqꝫ hilas eſt fumatas et ſumē. Hora. Perna magis ac magis hilis flagitat immorſus reſici. Quādoqꝫ ponitur pro eo inteſtino quod in anum reſoluit̄. Laber. Neue alit̄ hūc pedicabis quō video adoleſcēti noſtro cedis hilas. Ab hila veteres diminutiuū ꝓtulerunt hilla.

Hilum: paruū illud nigrum qđ in ſummitate fabę adheret. Uñ et ꝓ breui exiguoqꝫ quādoqꝫ ſumit̄. Cice. lib. j. tuſ. Tum illud qđ ſiſyphus verſat ſaxū ſudans nitendo nec proficit hilū. i. quicqꝫ tantillū minimūqꝫ. Ab hoc noīe fit nihilū ꝓ non aliquid: qſi ne hilū quidem ⁊ per apocopen nihil: et per ſyncopen nil. Luc. Ex nihilo nihil in nihilū nil poſſe reuerti. Var. li. vlti. de anal. Itaqꝫ vt eum quā putamus eſſe non hili dicimus nihil: ſic in quo putamus eſſe nequicqꝫ dicimꝰ neqꝫ. Priſci. lib. vj. Nihil ⁊ nihilum a non et hilum eſt compoſitum quod ſine dubio eſt nomē. Hilum eñ pro vllū vetuſtiſſimi ꝓferebant.

Hilaris et hilarus penul. cor. iucūdus letuſqꝫ. Plaut. in Aſi. Credam iſtuc ſi eſſe te hilarum videro. Hinc hilaritas ⁊ hilaritudo. Cice. Dolobe. Sed tamē hilaritas illa noſtra ⁊ ſuauitas quę te ꝑter ceteros delectabat erepta mihi omnis eſt.

Hilaro as. leticiam iucunditatemqꝫ do / letifico. Cice. lib. ij. de fini. Omnē iucundū motū quo ſenſus hilaretur ηδονην latine voluptatē vocāt. Palla. Quę māſiones hyemi parantur ita ſint cōſtitutę vt poſſit eas hyberni ſolis totus ꝓpemodū curſus hilarare. Huiꝰ compoſitū ē Exhilaro. Col. lib. vij. Satietate verni pabuli pecudes exhilarate laſciuiunt.

Hilareſco: hilaris fio. Augu. lib. v. con. Et delectabat ſuauitate ſermonis qꝫqꝫ eruditiōis minus tñ hilareſcentis atqꝫ mulcentis qꝫ fauſti erat.

Hilarius nomen viri ꝓprium ab ιλαρος: latine hilarius: ſic Hilarion.

Hilarodus pe. pro. laſciui ⁊ delicati carminis cātor ab ιλαρος et ωδη qđ cantū ſignificat.

Hilaria tñ pluraliter ē ge. neu. ſicut ſaturnalia antiqui diē ęquinoctij verni colentes appellarunt: vt inquit Macro. quo exordiū letitię celebrabat̄: quo primū tpe ſol diē longiorē nocte ꝓtendit. Erat autē ad octauum Calen. Aprilis. De hilaribus meminit Flauiꝰ vopiſcus in Aureliano.

Hinnio is. iui. itum. penultima pro. ꝓprium eſt vocis equorū. Unde Hinnitus tus.

Hinuli penul. cor. ſunt ceruorū caprearum capreolorū damarū ⁊ ſimiliū filij. Hinnuli etiā vocātur muli ex equo et aſina geniti cum legitimus mulus ex equa ⁊ aſino naſcat̄ vt inquit Var. Hos Col. lib. vij. etiam hinos appellat: qđ eſt primitiuū. Nā huiꝰ diminutiuum facit hinulus: ⁊ adiectiuū poſſeſſiuū hinuleus.

Hio as. duarū ſyllabaꝝ proprie os aperio. Unde hiatus et hiatio: ſcribitur cum h. quia hiando maior fit ſpiritus. Nā ab oris ſono cū aperit̄ os tractū videt̄. Uñ et pro ſponte: vel aliꝗ vi externa aperiri ſiue ſcindi ponit̄ hiare: vt ligna hiant ariditate ⁊ tellus ęſtu. Sal. lib. iiij. Atqꝫ hiauit humus multa vaſta ⁊ ꝓfunda. Et hiare flores dicunt̄ cum aperiunt̄. Prop. lib. iiij. Nec flos vllus hiat pratis: quin ille decēter. Impoſitus fronti langueat ante meę. Per tranſlationē hiare ſignificat mirari. Virg. li. vj. Incertus clamor fruſtrat̄ hiantis. Inde formant̄ hiſco is. inchoatiuū: ſed hiaſco facere debuit: et hiato iteratiuū ⁊ cōpoſitum Inhio: de quo alibi. Eſt ⁊ hyo cum y. gręce υω pluo: a quo quidā hymber deducunt.

Hin. genus menſurę duos choros atticos continentis inquit Hiero. duos. ſ. ſextarios italicos: vt Hin mēſura ſit iudaici ſextarij: noſtriqꝫ caſtrenſis cuius ſexta pars facit tertiā partē ſextarij italici.

Hippos per duplex pp. latine dicit̄ equus: a quo mlta deducuntur.

Hippago inis. genus nauigij cōuehendis equis aptū. Quod a Jul. polluce hippago dr. Hippagogeus legit̄ pro inſtrumēto quo lapides expoliunt̄.

Hippagium equorum vectio.

Hippaco as. penul. pro. ſignificat aīam celeriter duco vt inquit Feſ. ab equi halitu ꝗ eſt ſupra modū acutꝰ.

Hippopodes populi in oceano ſcythico qui teſte Solino humanā vſqꝫ ad veſtigium formam tenēt: ſed in equinos pedes deſinunt.

Hippobatos equorum paſtor.

Hipponomos pe. cor. equorū paſtor: quia lex equorū. Ita hippophorbos equorū paſtor.

Hippoconij: mangones ab equis cōponendis colorē fuco: robur inani ſagina vt ait Quint. mentientes.

Hippocentauros: equi ſtimulator. Quidā volunt hippocētauros filios eſſe centauroꝝ. Quod et Diodo. ait. Fabula ex eo nata ꝙ primi equitare auſi ſunt: veluti hippos. i. equꝰ et hō copulati eſſent. Clau. Cęſar ſcribit hippocētaurū i theſſalia natū eodē die iteriſſe. Pli. refert ſe vidiſſe hippocētauꝝ i melle allatū claudio pncipi ex ęgypto. De hoc etiā in dictiōe cētauri.

Hipparchus magiſter equitū. Quo noīe dictus ē quidam celebris aſtrologus ꝗ vt Col. auctor eſt ꝓdidiſſe fertur tēpus fore quo cardines mūdi loco mouerēt̄.

Hippacen vocant caſeum equinum.

Hippiades ſtatuę mulierum equeſtres appellabātur cuiuſmōi fuiſſe vident̄ Amaçonū: qꝫs mortaliū pmas equū ſcandere auſas ſi lyſyę oratori credit̄.

Hippocampę equi marini effigie in piſciū caudas deſinentes a flexu caudarū ꝗ piſcoſę ſunt Pli. Hippocāpinus cinis alopecias tollit ροη eñ flexus dicit̄.

Hippocrenę penulti. pro. fons in Boetia iuxta quē eſt Aganippę: dum Cadmꝰ equeſtri exploratiōe inquirit quenā loca inſediſſet cauſam dedit poetꝭ vt diuulgarent hippocrenē vngula volantis equi natū fuiſſe. Nā hippei equi. Crenę fons dr. Et inde equus pegaſus a fonte: equi gręce πηγη dicit̄.

Hippodamus pe. cor. bellicoſus equoꝝ domitor.

Hippodame es. pe. cor. et hippodamia ę. penul. pro. nomen mulieris: de qua Ouiđ. lib. Heroi. Venit vt in phrygios hippodamia ſinus. Virg. lib. iij. georg. Hippodamęqꝫ humeroqꝫ pelops inſignis eburno.

Hippodromus pe. cor. via lata ꝑ quā etiā multi equi poſſunt vna currere δρομον gręci curſum dicunt.

Hippomanes penul. cor. ge. neu. ſm Priſcianū componit̄ ab ιππος equus et μανια furia vł inſania

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Et a diuerſis diuerſe exponitur: quidā eīn dicūt eſſe fruticē ſeu herbā quā ſi equi comedunt inſaniūt et in furorem vertunt. Ser. ſcribit eſſe virus ex equarū inguinibus defluēs quo tēpore ferūtur in amoris furorem qd in humana viſcera deſcendēs furorem facit. Virg. lib. iij. geor. Hinc demū Hippomanes vero qd noie dicūt paſtores lentuz diſtillat ab inguine virus. Sic Col. li. vij. qui ſcribit. Maxime itaq; curādū eſt vt tam feminis q̃ admiſſarijs deſiderantibus coeundi fiat poteſtas: quoniā id p̃cipue armentum ſi ꝓhibeas libidinis extimulat furijs. Vñ etiā veneno inditū eſt nomē ιππο μανεσ ꝙ equine cupidini ſimilē mortalibus amorē accendat. Plini. vero aſſerit eſſe carnūculam in fronte pulli equini carice magnitudine: colore nigro quā ſtatim ędito partu mater e fronte dentibus conuellit: ꝙ ſi quis prius abſtulerit ipſum pullum mater amplius non eſt amatura: nec ad vbera eum admittit. Virg. Queritur & naſcentis equi de fronte reuulſus. Et matri p̃rept⁹ amor. Hac carnūcula mulieres medicamēta cōponētes vertere homines ferunt in furorem.

Hippomachia pe. pro. pugna equeſtris.

Hippolytus penul. cor. nomē viri απο Τωυιππωυ equus et λυω diſſoluo. Hinc theſei et hyppolyte Amaçonis filius Virbius dictus fuit: qui dū celibē ducens vitā ſeſe venatu exerceret & conſtanti animo ſperneret mulieres a phedra nouerca abſente patre amatus eſt. Cuius turpi deſiderio cum obtēperare noluiſſet redeunte patre adulterij ei crimen nouerca obiecit. Quāobrem Theſeus in furorē v̄ſus de filij nece cogitauit: quod metuens hippolytus cōſcenſo curſu fugam arripuit. Sed dum phoce q̄ tum forte in littus exierāt equoris equorum et rotarū ſtrepitu pterritę ſeſe in mare p̃cipitarūt: vñ exterriti equi per ſcopulos ac ſaxa traxere tanto impetu vt compagibus diſſolutis infęlicem iuuenez loris implicitū diſcerpſerint. Hunc poſtea eſculapius reuocauit ab inferis et priſtinę incolumitati reſtituit. Hippolytus v̄o relicta terra attica in Italiā venit ne patris iram rurſus expiretur et ſe virbium appellari iuſſit ꝙ bis vir fuiſſet: ac non longe a Roma oppidum ędificauit quod a noie acceptę coniugis Ariciam appellauit. Sed hanc fabulā eſſe conſtat: vt inquit Plato in lib. qui Cratillus inſcribitur.

Hippopotamus penul. cor. quaſi equus fluuialis ſeu aquaticus anial in nilo p̃cipue naſcēs binis vngulis quales ſunt bobus: dorſo equi & iuba et hinnitu cauda obtorta dentib⁹ aprorū aduncis. Suidas. ιππο λυΤοσ ουΤοσ εγραφερεισ Τασ ορασεισ Το Δα υιηλυπο μυημα και εισ Τασ παρομιασ σο λομωυ Τοσ. Amb. Equi fluuiales q̄s hippopotamos vocant eo ꝙ hi generent in nilo flumine.

Hippotele: pulli aſinorū. Vide in dictione equuleus.

Hippotoxote: dicti ſunt equeſtres ſagittarij: vt ē apud Cęſa. com. iij.

Hippo gene. maſc. nomē duarum vrbiū. Vnus aquis circundatus & madēs paluſtri ſolo. Alter baſiliſcus id ē regius de quo Sir. Et vaga et antiquis dilectus regib⁹ hippo. Ab equitio nomen vrbi datū videtur. Nā & ſtabuli deam. Apul. Hipponē vocari tradit. lib. iij. metamorphoſeos.

Hippona erat quā ſtabularij maxime colebāt: cuiuſq; effigies in ſtabulis locabatur. Apul. libro. ij. me. Reſpicio pilā medio quę ſtabuli trabes ſuſtinebat. In ipſo vero meditullio hipponę deę ſimulachrum reſidēs ędicule quod accurate corollis roſeis equidem recentibus fuerat ornatum.

Hippion argos: quod Achaicū dicebat peloponenſi vrbs: et ab equis deduci videtur.

Hippias philoſophus grecus qui audiente pęne tota grecia glorìatus eſt nihil eſſe vlla in arte rerū, omniū quod ipſe neſciret.

Hipopodium latine ſuppedaneū et ſcabellū appellāt.

Hir iris. ſm Chariſium: ſed indeclinabile ſm Probū ſignificat volā manus. i. palmā ab hereo: quoniā palmis aliq̃d capientes maxime illi rei inhereamus.

Hira inteſtinū quod ieiunū vocant.

Hircus per c. caper caprarū admiſſarius. Et non dicit hircus niſi poſtq; coire fetereq; ceperit. Hinc hircinus a. um. penul. ꝓ. nomē poſſeſſiuū. Apul. Homo ſordidus & hircina libidine fetens. Hircoſus a. um. qd hircinū odorē olet. Perſius. Hic aliq̃s de gente hircoſa centurionū. Hirci cyniphij dicunt a flumine africę qd cyniphis ſiue cyniphos vocat.

Hircquus per c. et q. eſt angulus oculi. Virg. Nouimus & qui te trāſuerſa tuentibus hircquis. Interdū ponitur pro eo qui in obliquū reſpicit: vt ſtrabus ab hircquis oculorū angulis ꝓpterea ꝙ libidinis appetitu ſępe aciē ad hirquos capre retorqueāt. Interdū hircquus ponit pro fetore qui ſub alis fit.

Hirquitali penultima correpta: pueri ad libidinē accedentes a libidine hircorū dicti. Nam auctore Cēſorino hoc fit in ſecūda annorū hebdomade vel incipiente tertia vox craſſior fit & inequabilis: qd antiqui latini dicunt hirquitalere: et inde ipſos putant hirquitalos appellari ꝙ tunc corpus hircū olere incipiat. Hic fetor etiā caper & tragos dicit. Catul. Valle ſub alarū trux habitare caper. Mar. Inde tragos celereſq; pili mirandaq; matri barba: fetorē alarū hircum vocamus quę omniū partiū noſtri corporis maxime male olent: ꝓpterea ꝙ immobiles habent. Vnde Hora. Cubat hircus in alis. Hoc Ariſto. li. vij. de aialibus appellat Τραγιζειυ quod in latinū vertens caprire dixit.

Hircipili pe. cor. dicunt hoies qui pilos duros habēt.

Hirrire: propriū eſt vocis canis rabioſe.

Hirſutus penul. producta ab horreo & ſeta dicit quaſi horrens ſetis.

Hirtus idem quod hirſutus. Virg. libro. iij. Georgi. Hirtaſq; capellas.

Hirudo penulti. pro. ſanguiſuga ab herendo carni dicta. Hora. Non miſſura cutē niſi plena cruoris hirudo. Plini. Hirudinum quas ſanguiſugas vocant ad extrahendū ſanguinē vſus eſt.

Hirundo auis notiſſima grece χελιΔωυ dicit. Dicta hirundo ꝙ vere ad nos tranſeat.

Hiſco is. inchoatiuū a hio as. Et eſt hiſcere ꝓprie oris humani cū videlicet p̃ ſomno aut tedio os aperiunt hoies quod & oſcito dr. Sz inter hiare & hiſcere hoc intereſſe puto ꝙ hiare ſit patentē eſſe hiſcere pateſcere: hoc eſt pateſieri. Ouid. Hiſcere namq; tibi terra neganda foret. Qñq; etiam hiſcere eſt ſummiſſe loqui: ſiue os ad loquendū aperire. Plaut. Ne hiſcere quidē audet. i. os aperire. Virg. libro. iij. Vix pauca furēti ſubijcio: et raris turbat⁹ vocib⁹ hiſco. i. loquor. Qñq; mirari & dubitare. Neuius. Hiſcit dubius eſt quid agat. Virg. lib. ij. geor. Hunc plauſus hiātem per cuneos geminatus eīn plebiſq; patrūq;. Huius cōpoſita ſunt dehiſco: & ſathiſco.

Hiſciacus qui nimiū oſcitatur. Cato de re ruſti. Vinū ad hiaſciacos ſic facito: de iunipero materiam ſemipede craſſam concidito minutim: tum ferueſacito cū congio vini veteris.

Hiſpalis penul. cor. ciuitas Hiſpanię quę nunc Sibilia vocatur. Ex hac ferunt Auicēnam medicum originem traxiſſe.

Hiſpania: regio Europę quę a montibus pyreneis incipiēs & p colūnas Herculis circuiens vſq; in borealem oceanū ꝓtendit. Ita vt oīa in eo circuitu ad Hiſpaniā ſpectent. Decē milib⁹ ſtadijs: vt Appian⁹

ſcribit eiꝰ latitudo cõmenſurat̃. Longitudo prorſus eadem eſſe videt̃. Terra frumẽti vini olei auri gemmarũ metallorumq́ ferax. Ex qua etiã bellicoſiſſimi equi procreant̃. Refert Var. in hiſpanijs equas ex vento cõcipere: ꝙ curſu tam veloces exiſtant: vt merito ex ventis concepti equi ferant̃. Sunt qui hiſpaniã diuidãt in vlteriorem.ſ. ⁊ citeriorẽ. Citerior eadẽ Taraconenſis ad pyrenea vſq́ iuga protendit̃. Vlterior in duas per longitudinem prouincias diuidit̃ hoc eſt bethicã luſitaniam. Alij dicũt hiſpaniam ſex habere prouincias Taraconenſem: Carthaginẽſem: Luſitaniam: Galathiam: Bethicã: et Tingitanam. In ea quattuor magna flumina ſunt. Bethys: Mineus: Iberus: et Tagus qui aurũ trahit. Hec regio primo Iberia ab Ibero fluuio. Poſtea ab heſpero atlantis fratre heſperia. Vltimo ab hiſpali q̃ hodie Sibilia dr̃ hiſpania dicta eſt. Ab hiſpania hiſpanus ⁊ hiſpanienſis fiunt: ſicut a Sicilia ſiculus ⁊ ſicilienſis. a Roma romanus ⁊ romanenſis. a Sardis ſardus ⁊ ſardiniẽſis. a Corinthꝰ corinthius et corinthienſis. Sed hiſpanus dicit̃ qui in hiſpania natus eſt: hiſpaniẽſis qui alibi ortus: in hiſpania verſatur: hoc eſt qui licet in hiſpania ſit: non tamen ex hiſpania eſt. Unde hiſpaniẽſes vocamꝰ negociatores qui in hiſpania negociãtur. Liui. Exercitus hiſpanienſes appellat romanos qui erant in hiſpania cum pretoribus. Plin. lib. xiiij. Ceſar hiſpanienſi triũpho chiũ ⁊ falernum dedit: cũ in hiſpania bellũ aduerſus romanos non hiſpanos geſſerit.

Hiſpidus penulti. corre. ſetoſus horridus. Virgl. Cui laterũ tenus hiſpida nanti frons hominẽ ꝑfert.

Hiſter hetruſco vocabulo ludio vocabatur. Unde hiſtriões artifices q̃ ludiones ꝑſonati in ſcena comedias tragediaſq́ voce et corporis geſtu agunt Euſtachius in Dionyſio lybico. αρχεται δε εκκελτωρ ρεει δε δια πασησ ευρωπησ και ο αυτοσ πεντασ το μορ του τοριστορει et Stephanus biçantius multa.

Hiſtriones ab hiſtria regione ex qua primum veniſſe: indeq́ nomẽ ſortitos eſſe aſſerit Feſt. Cui refrãgant̃ Liuius: Valeriuſq́ ſcribentes nomen hiſtrionibus fuiſſe inditũ qr̃ hiſter tuſco ꝟbo Ludio vocabat̃.

Hiſtricus a. um. penulti. cor. quod ex hiſtria eſt: ſicut ⁊ hiſtrio. Plaut. in pe. Pro imperio hiſtrico. Idẽ imperator hiſtricꝰ hiſtrio. Hinc formauit diminutiuũ. Hiero. ꝯtra ruſi. Si hiſtriculę ⁊ liuide mẽtis hoiem a me ſubmoueo: et ad vnũ ſtipitẽ cuncta iacula dirigo qui vulnera ſua partit in multos.

Hiſtrionicus a. um. qđ eſt hiſtrionis: ſeu qđ ad hiſtrionem ꝑtinet: vt ars hiſtrionica.

Hiſtrix icis. penul. cor. aial ex herinaceoꝝ genere: ſicut docet Plini. lib. ix. Calphur. Venit ⁊ hirſuta ſpinoſior hiſtricę barba. Habet tergus ſpinis hiſpidũ q̃s tenſa cute plerũq́ laxatas volũtaria iaculatiõe iacit.

Hiſtoria: latine narratio: ab ιστορειν quod ſpectare vel cognoſcere ſignificat. Vide in dictione annales.

## H Ante O

Hoc qñq́ ꝑ hic ponit̃. Cic. in Ver. Et ſi hoc neſcio q̃d eſt nugatorẽ ſciebã. i. hũc Ter. in phor. Hoc nihil eſt Phedria ilicet. i. Hic. Qñq́ pro huc. Virgl. lib. iiij. Hoc tunc omnipotẽs cęlo demittit ab alto.

Hodedocus: latro et viarum obſeſſor: ab οδοσ quando viam ſignificat ὀδο ιδοκοσ δεχομαι τολαμβανω.

Hodeporſus viator. Hodeporicũ: liber aliqđ iter deſcribẽs. Hiero. in vita Paule. Hoc ⁊ itinerariũ dr̃.

Holos grece: latine totus dicit̃. Hinc deducunt̃

Holographũ pe. cor. totũ ſcriptũ. Teſtamentũ quod totũ teſtatoris manu ſcriptũ eſt. Hier. ꝯtra ruf. Que epiſtola holographa tenet̃ ab ijs ad q̃s ꝑlata eſt.

Holocauſtũ proprie hoſtia que detractꝭ extis integra arę imponebatur quaſi ολοκαυστον: id eſt totum combuſtum: aut totũ igne abſumptum. Cauſis eñ incenſio holon totum. Dicit̃ et holocauſtoma atis. Grece ολοκαυστωμα et holocauſtomatũ pro ſacrificio. Scribit Ioſephus lib. iij. anti. Quãdo tota victima q̃ immolatur incenditur: id ſacrificiũ nomen holocauſtomatis habet.

Hololampus: totus flammeus.

Holopachium: integer cubitus. Grece ολόπαχιον

Holoſathron: vndiq́ quaſſatum.

Holoſtheon herba que dicitur tota oſſea: cum tamen careat omni duricia.

Holoſerica penul. cor. tota ſerica: vt veſtis holoſerica apud Lampridiũ q̃ a ſerica ⁊ ſubſerica diſtinguitur.

Holor quod quidam a greco deducunt: quaſi ολοσ ωραιοσ: hoc eſt totus candidus: auis eſt alba: anſere maior vocem argutã habens. Hanc cygnũ dicunt greci. Hinc Holorinus a. um. pe. ꝑ. Unde vox holorina. De holoribus. Virgl. Sed argutos interſtrepere anſer holores. Ouid. Ad vaſa Meandri ꝯcinit albus holor: ſcribitur etiã ſine h.

Homerus penul. pro. nomẽ poetę greci excellẽtiſſimi: qui fuit ante Romã conditã annis circiter centũ. lx. vt Cor. nepos in libris chronicorum tradit. Hic fuit cecus: et ob id Homeri nomẽ ſortitus eſt cum prius Meleſigenes diceret̃. Cumei nãq́ ⁊ Iones captos oculis homeros appellãt: ꝙ homeris. i. itineris ducibus egeant. Hinc cecutiens meonius nuncupat̃ a Martiano. li. j. de nup. philologię cecutientis meonũ ſuauiloqua ſenectus. Petrarcha in buc. Cecũq́ ſenem ſed multa videntẽ. Ab hoc homeri de familia apud chios illuſtris fuit vt inquit Hyllanicus.

Homeromaſtix: dicitur homeri flagellum cognomentum quo çoilus quidã homeri oblocutor cognominatus eſt qui ſcripta ſua cõtra Iliadẽ et Odyſſeam homeri cõparata in alexandriam veniẽs Ptolemeo regi obtulit. Sic Virgiliomaſtix virgilij emulus. Maſtix eñ latine flagellum dicitur. Unde Comici verberones maſtigias identidẽ appellãt. Quod plane nomen oĩbus detractoribus accõmodatum eſt. Pli. Ut obiter caueam iſtos homeromaſticas. Ita enim carptores ſuos nominat. Et omnes obtrectatores Maſtices dicũtur: addito nomine eius cui obloquuntur: vt Ciceromaſtyx.

Homelia grece ομηλια dici poteſt colloquium: vel ſermo ad populũ ὀμηλεω ſermocinor: colloquor cõuerſor. Et hꝫ pe. cor. Hiero. ad heracliũ. Dũ ſupplere cupimus ea q̃ ab origine operata ſunt: ſicut in homelijs vel oratiũculis in geneſim exodũ fecimus.

Homeliaticus a. um. Idem ibi. Quẽ laborem idcirco ſuſcepimꝰ ne pulſatę queſtiones ⁊ relictę qđ homeliatico dicendi genere ab illo ſępe fieri aſſolet latino lectori faſtidiũ generarent.

Homo trium litterarũ appellatur fur.

Homicida penultima pro. qui hominẽ necat. Homicidium hominis necatio.

Homos grece ομοσ latine ſimul vel ſimiliter dicit̃.

Homopathes: ſimul patiens.

Homogenes penul. cor. conſanguineus eiuſdem generis. vnde ⁊ Homogenium.

Homogalactos collactaneus.

Homogaſtrios: vterinus: eadẽ matre natus. Homopatrios eodem patre natus.

Homographia ęqualis vel ſĩlis ſcriptura vel pictura.

Homogloſſus eiuſdem linguę.

Homotechnos eiuſdem artis.

Homotopus: eiuſdem mortis.

Homophylus penul. cor. eiuſdem generis et tribus.

Homophonos penul. ꝓ. grece ομοφωνος concors eiuſdem lingue.

Homologia: confeſſio pactum aſſenſus.

Homonymon penulti. cor. eiuſdem nominis: vt inquit Aug. Quod fit cũ res quidẽ plures cõmune nomen accipiunt: interpretatione ṽo eiuſdẽ rei ſeperantur. vt homo pictus ⁊ verus. In hoc namq̃ idẽ nomen eſt. Sʒ ſi ad diffinitionẽ vel ad interpretationẽ hoīs redeas inueniunt̃ iſta diſparia. Cuʒ enĩ dixeris verũ hominẽ aīal eſſe qd̃ riſum capiat: et vim rationis admittat cũ de picto idẽ nõ poſſis dicere neceſſario inueniuntur diſparia. Regulariter autẽ accipere debemus omne nomen licet ꝓpriũ qd̃ poſſit eſſe cõmune cum ceteris homonymon vocari: vt Cicero nõ vnus ſed plures. Synonyma ſunt res que et nomine ⁊ ſui interpretatione iunguntur vt animal: id enim de homine ⁊ de equo ⁊ de fera ⁊ de auibꝰ dici poteſt. Animal ẽ quod cibum capiat qd̃ mortale ſit: quod ſenſu moueatur. Polyonyma ſunt cũ multa nomina vnã rem ſignificãt: neq̃ vlla differentia nominũ redditur ratio: vt enſis mucro gladius. Nec enĩ cur vnã rem tot ſignificent nec diſcerni nec diffiniri põt. Heteronyma a multis eque noībus res ſingulas tenent verum in his habet rationẽ diuerſitas nominũ: vt homo terrenus mortalis: homo ab humanitate: terrenus a terra in qua cũcta gignunt̃. Mortalis a neceſſitate mortis. Diuiduntur autẽ homonyma in duas partes. Aut enĩ fiunt fortuitu: aut hominũ volũtate. Fortuitu fiunt cum quodam caſu ſimile quis alteri nomen accepit. Voluntate cum ſimilitudo nominis ex induſtria imponentis affigitur.

Homonea proprium mulieris: quo ſignificatur concordia. De qua extat epigrãma. Tu qui ſecura procedis mente parũper Siſte gradum queſo: verbaq̃ pauca lege. Illa ego que clarꝰ fueram ꝓlata puellis. Hoc homonea breui condita ſum tumulo. Cui formã Paphie charites tribuere decorem. Quã pallas cunctis artibus erudijt. Nondũ biſdenos etas mea viderat annos. Iniecere manus inuida fata mihi. Nec pro me queror: hoc morte eſt mihi triſtior ipſa: Memor achimeti ꝯiugis ille mei. Sic tibi terra leuis mulier digniſſima vita. Queq̃ tuis olim ꝓfruere bonis. Si penſare animas ſinerent crudelia fata. Et poſſet redimi morte aliena ſalus. Quantulacũq̃ mee debentur tempora vite. Penſarem pro te chara homonea libens. At nunc quod poſſum fugiam lucemq̃ deoſq̃: Ut te matura ꝑ ſtyga morte ſequar. Parce tuam coniunx fletu quaſſare iuuentã. Fataq̃ merendo ſollicitare mea. Nil poſſunt lachrymę: nec poſſunt fata moueri. Viximus hic oẽs exitꝰ vnus hʒ. Parce ita nõ vnq̃ ſilem experiare dolorẽ. Et faueãt votꝰ numina cũcta tuis. Quodq̃ mihi eripuit mors immatura iuuẽte. Id tibi victuro proroget vlterius.

Homeoſis tropus qui ſimilitudo interpretatur cum ex ſimilitudine alicuius cogniti deuenimus in ſimilitudinẽ incogniti. Huiꝰ tres ſunt ſpecies: Icon: Parabola: et Paradigma.

Homeoptoton: ſimilium caſuum: vel vt inquit Cice. ſimiliter cadens ομοιως ſimiliter πτασις caſus Quod fit cum diuerſe dictiones in ſimiles caſus exeunt. Dicit̃ et homoptoton quaſi ſimiliũ caſuum vł ſimiliter cadens. Eſt enĩ oratio vno ſimiliq̃ caſu cõpacta: vt apud Sal. Maximis ducibꝰ fortibus ſtrenuiſq̃ miniſtris. Ennius. Merentes flentes lachrymantes et miſerantes.

Homeoteleuton et homoteleuton. Similiter deſinẽs τελευτον finitum teleo finio. Figura cum plura verba in eandem vocem finiunt: vt abijt: diſceſſit: euaſit: erupit.

Homouſios: cõſubſtãtialis: ab ομος et ουσια que ſignificat eſſentiã. Vñ latini doctores theologi homouſion dicũt chriſtũ ꝙ ſit vnius cũ patre ſubſtãtię.

Homomeria ſimilitudo partiũ. Lucre. Hinc ⁊ anaxagorę ſcrutemur homomeriã. Fit ab homios. i. ſilis.

Homopſychus penul. cor. vnanimus.

Homoleũ: pilei genus quo veteres vtebantur.

Holus alias Homelus. pe. cor. mons theſſalię.

Honor et honos in nominatiuo: et aſpirat̃ ſꝫm Apul. vt differat ab Onoſaſinꝰ. Dicꝰ honos ab honeſto onere vt inquit Var. Et honeſtus ꝙ onus ſuſtineat reipu. Ex quibus verbis conſtat honos et honuſtus aſpirationem exigere: cum tamen eruditorum vſus hodie non aſpiret. Eſt autem honor reuerentia quã alicui exhibemus in virtutis teſtimonium. Aliquando etiã dicitur dignitas. Cice. lib. j. ad Ceſ. iuni. Tu cum ea que es e ſenatu ſummo cum honore conſecutus. Et honor adminiſtratio magiſtratus. Unde cõſulatus ⁊ pretura honores dicunt̃: et ius honorariũ ius ꝑtoris. Ouid. lib. j. faſ. Verbaq̃ honoratus libera pretor habet. Reliqui tñ magiſtratꝰ largo modo honores dicuntur: et curſus honorũ gradus dicitur cum honor honori ſuccedit: vt ędilitati ꝑtura: conſulatui cenſura. Aliquando accipitur honor ꝓ pulchritudine. Virg. lib. j. Et letos oculis afflarat honores. Et alibi. Frigidus ⁊ ſyluis aquilo decuſſit honorem. Aliquando pro cultura obſeruantiaq̃. Idem lib. vj. Semper honore meo ſemꝑ celebrabere donis. Aliquando pro pudicitia. Idẽ. Et rapti ganymedis honores. Aliquãdo pro hoſtia: vt Meritos aris imponet honores. Aliquando ꝓ premio: vt apud eundẽ. Ipſis ꝑcipue ductoribus addit honores. Aliquãdo pro ſepultura: vt Cernit ibi meſtos et mortis honore carẽtes. Aliquãdo pro amore. Idem. Perſi quis amate tangit honos animũ.

Honor: prefandus eſt: ⁊ honorẽ ꝑfari cum dicimus eſt loqui cũ reuerentia eius qui audit. Quod fieri ſolet cũ eſt locutio de aliqua re turpi.

Honorarius a. um. quod ad honorem ꝑtinet: vt Ius honorarium. i. pretorium ab honore ꝑtorũ. Honorarius arbiter dicit̃ quẽ honorꝰ cauſa vtraq̃ pars ſummũ facit ſuę cauſę et controuerſię iudicẽ. Cice. lib. v. tuſ. Quorũ controuerſiã ſolebat tanq̃ honorarius arbiter iudicare Carneades: et ludi honorarij quos antiqui liberalia dicebãt: vt inquit Feſt. Dicti honorarij ab honore videlicet eorũ qui munera ea populo edebant. Honorariũ quoq̃ idem fere eſt quod munus premij cuiuſdã loco datũ: vt eſt apud Ulpianũ et Iuriſperitos.

Honoraria: ludi qui a romanis fiebãt in honorẽ liberi patris: qui ⁊ liberaria dicebant̃.

Honorus a. um. quod cũ honore eſt. Vñ Inhonorus ſine honore. Amb. lib. j. offi. Loculos pecuniarũ q̃s pauperibꝰ erogabat cõmiſſos habebat: ne videatur quaſi inhonorus: aut q̃ſi egenus dñm prodidiſſe.

Honoro as. pe. pro. honore afficio. Unde honoratus qui in honore habet̃. Cice. lib. j. offi. Dicendũ ẽ etiã qualẽ hoīs honorati ⁊ principis domum placet eſſe Huius cõpoſita ſunt Exhonoro ⁊ Inhonoro q̃ ſunt ſignificatiõis contrarię ſuo ſimplici. Leo. pap. Hic eſt q̇ in Abel occiſus eſt: in Dauid ꝑſecutꝰ et in prophetis exhonoratus. i. ſine honore habitꝰ vituperatuſq̃. Et in Euange. Vos autẽ inhonoraſtis me.

Honorificus a. um. quod honorẽ confert. Cice. Celio. Honorificus in me cõſul fuit ⁊ ſuauis amicus. Hieronymus. Scedulę quas miſiſtis honorifica me affecere contumelia: ſic ingenium prędicãtes vt fidei tollerent veritatem.

Honorifico as. honorẽ facio. Lact. lib. vij. Ut adorent ⁊ honorificent regem magnũ.

Honorificentia ę. ab honorificens fit. Unde et honori

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

riſicẽtiſſimus. Cicero. Aulo. Ceci. In quo admirari ſoleo grauitatẽ et iuſtitiã et ſapienti i Ceſaris hunc nũq nisi honorificentiſſime Pompeiũ appellat.

Honorabile: qḋ eſt honore dignũ.

Honeſtũ: eſt qḋ virtutẽ ꝓbitatẽq́ ſignificat quo caueť ne quid indecore effeminate libidinoſe turpiter fiat: cogiteturve. Iuue. Participẽ qui te ſecreti fecit honeſti. Sal. Calũnia paucoꝝ q̃bus oĩa honeſta atq inhoneſta vendere mos erat. Et honeſtus diciť honorat⁹ qui honus reip. ſuſtinet. Itẽ pulcher. Teren. in Eu. Ducit ſecũ vnã virginẽ dono huic/ pape facie honeſta. Sic inhoneſtus turpis. Idẽ in eadẽ. Illum ne obſecro inhoneſtũ ſenẽ: mulierẽ?

Honeſtiſſim⁹ valde honorabilis. Cice. Lentulo. Poſt tuũ deceſſum is dies nobis honeſtiſſim⁹ fuit in ſenatu. i. habebať in magno honore.

Honeſtas ⁊ honeſtitudo accipiunť pro ipſa virtute.

Honeſto as. ſepe vel q̃ſi ꝯtinue honoro honorifico ve. Sal. Sed q indignos hoies honore honeſtatos videbã. Huius cõpoſita ſunt Cohoneſto: qḋ eſt ſimul vel oĩes honeſto. Cice. Bruto. Quos cohoneſtarẽ in p̃miſq me ſi reſp. municipũ tuo ſtudio diligẽtia bene adminiſtrata erit. Dehoneſto: qḋ eſt contrariũ ſuo ſimplici. Aug. lib. v. cõ. Quid nocuerũt tibi: aut in quo imperiũ tuũ dehoneſtauerũt.

Hopiſthographi penul. cor. ſed vertẽdo o tenuẽ in aſpiratam nam ſine h. ſcribi debet: nõ ſpecie libellari: ſed voluminis: habiles torqueri a tergo videnť appellati: quoniã vtraq pagina ſcripti eſſent aduerſa ⁊ auerſa minutis litteris ⁊ lituris pleni. A q̃ fortaſſe litturarios Auſonius poeta eos dixerit. Pli. Iunior. Electorũq cõmẽtarios. clx. mihi reliquit opiſtographos. Alij accipiũt opiſtographũ ꝓ eo quod ita ſcriptũ eſt vt legi poſtea nõ poſſit niſi librarijs deſcribendũ mandeť. Alij ꝓ charta deletili ſiue palimpſeſto poſſe capi exiſtimant: quia Vlpia. de honorũ ſm tabulas poſſeſſione diſſerens. Charte inquit appellatio etiã ad nouã chartã referť: et ad deletitiã. Proinde ſi in hopiſtographo quis teſtatus ſit hinc peti poteſt honorũ poſſeſſio.

Hopiſthocome. pe. cor. dicebanť Euboici qui comã ꝑ terga fuſam alerent: ſicut Acrocome thraces qui antrias in frontẽ muliebriter dimitterent.

Hopiſthophylaces vocabanť qui in prelijs terga cuſtodiebant.

Hopiſthocrepides: penultima correpta calciamentũ quoddam femineum.

Hopiſthotenus diciť cum caput ſcapulis annectitur.

Hora tempus ſignificat. i. quãcunq eternitatis partẽ ſiue annũ: ſiue diurnũ: ſiue nocturnũ ſpatium ſignificet. Hinc quattuor anni tempora hoc eſt hyems: ver: eſtas: et autumnus: ſiue dee que quattuor anni tẽporibus preſunt: vt Homero placet aule hore dicuntur plurali numero. Item partes ipſe in quas diſtinctus eſt dies hore vocãtur. He principio duodecim fuere. Dicta hora ab ωρο ζ quo verbo vrina ſignificatur. Fertur eñ quodã tẽpore hermes Triſmegiſtus cuꝫ eſſet in egypto ſacrum quoddã animal Serapi dicatum q in toto die duodecies vrinã feciſſet pari ſemper interpoſito tẽpore per. xij. horas diẽ diuidi debere coniecit. Poſtea in. xxiiij. horas dies diuiſus eſt. Vel dicta eſt hora απο του οριζειν qḋ eſt terminare. Nam extremitas cuiuſcũq rei terminus eſt ⁊ hore terminãt tẽpora. Quidã ab horo: hoc eſt Apolline qui egyptiaca lingua ſol dr̃ quia ſolem Iouis oculũ dicũt. Hora etiã iuuẽtutẽ dea dicta eſt. Enni⁹. Te quirine pater veneror horãq quirini. Et hora grece ſignificat pulchritudinem. Unde horeos adoleſcens formoſus.

Horula pe. cor. diminutiuũ hora parua. Hiero. Poſt aliquã horulã iuxta exigentiã tẽporis ad eccleſiã ſorores cãpanula vocet.

